



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

IX. Stadt Prenzlau.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

IX.

Stadt Prenzlau.

I. Barnim, Herzog der Slawen, stiftet die Stadt Prenzlau, am 27. Dezember 1235. *)

Barnim, dei pacientia dux Sclauorum, uniuersis, ad quos peruenerit presens scriptum, sic transire per bona temporalia, vt non amittant eterna. Quum quidem omnia, que agimus per studium considerationis preuenire debemus, quemadmodum spiritualis doematis apice per virorum reuelationem sumus instructi litteratorum, qui velamine littere ablato nos edocuerunt plerumque euidenti-
 bus argumentis, attendentes igitur illud docma prefatum, id quod fecimus et ordinauimus, scriptis et munimentis aliis bonum duximus eternare, ne a nostra nostrorumue successorum memoria queat labi. Siquidem nostris volentes utilitatibus et comodis prouidere, nos nichilominus aliarum prouinciarum consuetudinibus conformantes, in terra nostra ciuitates liberas decreuimus instaurare. Significatum itaque sit presentium honestati, necnon reuerende discretioni futurorum, quod nos tam de proprio voluntatis arbitrio, quam de nostrorum nobilium prudenti consilio, decreuimus in Prencelaw ciuitatem liberam instituire, ad cuius loci edificationem et cetera comoda et utilitates ipsorum, qui in iam dicta manserint ciuitate, trescentos mansos adiecimus, ducentos ex una parte aque que ukeram vocatur, in illa videlicet, in qua ciuitas edificabitur, et in alia trans ukeram centum mansos, et aquam ad molendinorum, quibus carere non poterunt, exstructionem. Cuius ciuitatis promotionem viris prouidis et discretis waltero, qui in ea prefectus erit, jordano et fratri suo, willikino cum eslyko, henrico cum helya et paulo de Stendal, qui a nobis hunc locum receperunt, commisimus in hunc modum. A festo beati Martini per tres annos de mansis, quos ciuitati adie-

*) Seck's Geschichte von Prenzlau Bd. I. Anhang S. 147 theilt als älteste Urkunde Prenzlau's ein Zugeständniß mit, das die Markgrafen Johann und Otto im J. 1228 den Minoritenbrüdern daselbst zur Erweiterung ihres Grundbesizes in der Stadt gemacht haben sollen — „ex originali Marchionum sigillis corroborato.“ Das angebliche Original hat sich jedoch nicht wieder auffinden lassen: ist auch im rathshäuslichen Archive zu Prenzlau nicht vorhanden. Dabei enthält die Urkunde eine Bezeichnung der Markgrafen (primi Marchiones) und eine Auffassung der Stadt Prenzlau als einer schon vollendeten städtischen Anlage, welche der Votmäßigkeit der Markgrafen unterworfen gewesen wäre, nach welcher die Urkunde als falsch und später untergeschoben erscheinen muß.

cimus, nichil recipietur, peracto autem trium annorum spacio, de quouis manso fertio dimidius solui debet. Prefatis autem octo, qui ciuitatem edificandam de manu nostra susceperunt in feodo octoginta mansos contulimus. Si vero molendina edificata fuerint, duas partes molendinorum reddituum dominus terre recipiet et terciam partem qui expensas dederint ad extruendum. Quidquid soluendum est de arcis et de aliis emolumentis dominus duas partes et memorati octo viri terciam assument. Ciuitas autem hec eadem debet frui libertate, quam habet ciuitas madeburgenfis, et eodem iure, excepto eo, quod Rade appellatur, quod apud nos decreuimus abolendum. Mercatores etiam, qui de ciuitate Prenzlau sunt, per totam terram nostram thelonea non soluent. Cupientes autem hanc nostram ordinationem et libertatis collationem nunc et in posterum firmiter obseruari, litteris nostris cum sigilli munimus appensione. Testes autem sunt: Prepositus Colbergenfis Paulus, Bartolomeus frater eius, eiusdem loci canonicus, Rodolfus sacerdos in Stetin, Priznoborus vir nobilis in Stetin, Stephanus dapifer, Riboldus pincerna, zulizlaus, jarozaus, Salimarus, andreas mozkot, alius andreas, alter zulizlaus, Symon nobilis Stetinenfis, qui omnes nostre intererant ordinationi et libertatis ut diximus collationi. Actum apud Stetin, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXX^o. quinto, sexto Kal. januarii.

Nach Rosgarten's Abdruck in dem Cod. Pom. I. 479.

II. Barnim, Herzog der Slawen, schenkt dem Convent der büßenden Schwestern in Prenzlau die Pfarrkirche und drei andere Kirchen daselbst, am 7. März 1250.

Barnym, Dei Gratia Slavorum Dux, uniuersis hanc paginam inspecturis salutem in Perpetuum. Ne facta hominum consumat obliuio, scriptis solent authenticis roborari, ut indicio evidenti ad posterorum notitiam transmittantur. Innotescat ergo tam presentibus quam futuris, quod nos considerantes pium esse indigentibus subuenire, illis quidem precipue, qui ab amore Christi mundum florentem eum suis concupiscentiis despexerunt, sub monastice religionis habitu crucem domini bajulantes, Ad honorem Dei omnipotentis contulimus fororibus penitentibus ordinis beate Marie Magdalene in Prinslawe Ecclesiam beate Dei genetricis et virginis Marie in dicta jam Prinslawe Civitate simulque alias annexas sibi Ecclesias, videlicet beatorum Nicholai, Jacobi et Sabini in nova Civitate, cum omni Jure suo et fructuum perceptione in legitimum beneficium perpetuo possidendas. Ut autem hec nostra donatio rata et inconuulsa habeatur, presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam prememoratis fororibus duximus indulgendam. Testes sunt isti: Johannes et Gerengerus, milites de Jagowe, Dominus Henricus, Prepositus Stetinenfis et alii viri multi. Actum Anno Domini MCCL. Datum in Stetin, Nonas Martij.

Aus einem Copialbuche.

III. Markgraf Johann bestätigt der Stadt Prenzlau nach deren Uebergange unter seine Herrschaft ihre Besitzungen und Rechte, am 18. Januar 1251.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Johannes, Dei gratia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Acta presentis temporis deperire solent in futurum, nisi firmentur Subsidio literarum. Etenim cum ex resignatione dilecti consanguinei ac fidelis nostri, Domini Barnimi, illustris Sclauorum Ducis, ciuitas Prinzlau, que ab ipso fundata fuit, nostre nunc dicioni subiecta noscatur, nostra interest, eiusdem ciuitatis utilitatibus ac commodis omni sollicitudine prouidere. Harum ergo inspectione propensius elucescat tam presentis, quam futuri temporis hominibus vniuersis, quod nos supra dicte ciuitati nostre Prinzlau, postquam ad nos peruenit, assignauimus Ducentos et Quinquaginta mansos, Ducentos ex vna parte aque, que Vkeram uocatur, in illa uidelicet, in qua ciuitas est constructa, et trans Vkeram quinquaginta, eo tamen pacto, ut de mansis eisdem, eandem in festo beati Martini soluant ex integro anni pensionem, quam antea soluere consueuerunt, que de quolibet manso dimidius ferto fuit. Addimus insuper preter agros cultui aptos, loca quoque palustria, ciuitati uicina, et hec ad pascua deputamus, Item idem ius, Magdeburgense uidelicet, quod dicte ciues ciuitatis hactenus habuisse noscuntur, ipsis etiam in antea indulgemus. Eandem etiam habebunt in totius terre nostre districtu thelonei libertatem, quam habent illi de Brandenburg et de Berlin aliarumque nostrarum communio ciuitatum. Ad hec omnia nunc de nouo utilitatj eiusdem adicimus ciuitatis, ut Theatrum et quecunque in ipso edificanda duxerint, in usum ac commodum ciuitatis ipsius redigant et conuertant. Similiter et stagnum adiacens, quod Vkerse uocatur integrum, et medietatem stagni, quod Meln dicitur, ad emendationem donauimus ciuitatis. Ligna quoque suis necessitatibus oportuna Secare licenter et afferre poterunt ubicunque in partibus illis attingere ea possunt. Vt autem hec premissa fixa perpetuo maneant atque firma, presentem paginam super eo conscriptam sigilli nostri appensione duximus muniendam. Presentibus fidelibus nostris Gerardo de Kercow, Friderico de Bertecow, Alberno Marscalco, Heinrico Pincerna, Heinrico Aduocato de Stolp, Heinrico de Stegelitz, Johanne de Benitz, Borchardo de Gnewkow, et aliis quam pluribus militibus atque seruis. Datum per manum Johannis Plebani de Stolp, nostri tunc Notarij, Anno M^o. CC^o. LI. Indictione IX. XV. Kal. Februarij.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals. Diese Urkunde ist nach den bisherigen Abdrücken immer dem Jahre 1252 zugeschrieben worden.

IV. Bischof Hermann genehmigt die dem Convent der büßenden Schwestern zu Prenzlau am 7. März 1250 vom Herzog Barnim gemachte Schenkung, im Dezember 1251.

Hermannus, Dei gratia Caminensis ecclesie electus, Omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui neminem vult perire. Ad hoc Deus et Dominus noster in ecclesia

sua constituit Principes et Pastores, ut per se intendant operibus pietatis et non solum in aliis, qui locis religiosis sua liberalitate contulerunt, verum et ipsimet ipsis committi sibi Studeant fieri formam gregis, loca religiosa locupletantes, cum fieri potest suo munere et favore. Hinc est quod venientes ad nos dilecte in Christo filie Priorisse et conventus fororum penitentium in Primislave nobis humiliter supplicarunt, ut Privilegium sibi ab illustri Duce, domino Barnim de Stetin traditum et donatum nostre dignaremur auctoritatis munimine roborare et est ipsius Privilegii tenor talis. (Hier folgt die Urkunde No. II.) Nos autem eorum vestigiis inherentes, qui justis petitionibus pium prebere consueverunt assensum, considerantes etiam, quod ex dicta donatione Status dictarum fororum, temporalium adjumento poterit emendari, eam auctoritate nobis a Domino tradita confirmamus, Salvo tamen in omnibus jure nostro nostrorumque successorum et prepositi, qui in Spiritualibus tanquam noster vicarius nostram vicem gerere comprobatur, sub anathematis interminatione districte inhibentes, ne quis sepe dicte donationi nostre confirmationi ausu temerario se opponere et dictas forores super ea audeat molestare si omnipotentis Dei et beati Johannis Baptiste, cujus vices in terra gerimus, ingratitude et excommunicationis sententiam voluerit evitare. Datum in Dargum, Anno gratie MCCLI, mense Decembris.

Aus Beckmann's Handschrift.

V. Der Bischof Hermann von Camin bestätigt einen Vertrag der Bürgerschaft und der Pfarrkirche, worin der letztern anstatt der angeordneten Geld- und Getreideabgaben 2 Hufen Landes zugeeignet werden, am 30. August 1253.

In nomine sancte et individue trinitatis, Nos Hermannus, Dei gracia sancte caminensis ecclesie electus, Notum esse cupimus, tam presentibus, quam futuris, quod eius de prinzlau pro recompensatione modiorum et denariorum, qui secundum ordinationem Domini Marchionis Johannis de Brandeburch et nostram, ecclesie parochiali libere ac integraliter dandi erant, de consensu nostro duos mansos cum omni jure plene ac voluntarie eidem ecclesie tradiderunt. Hanc profecto commutationem ratam habemus et plenissime confirmamus et ne infringi aliquatenus valeat tempore procedente, sigilli nostri munimine eandem duximus roborandam. Facta est jam dicta commutatio in dockowe, anno, ab incarnatione Domini M^o CC^o LIII^o III kal. Septembris presentibus honestis viris, Nobilibus et discretis, quorum nomina sunt hec: venerabilis Dominus Wilhelmus quondam camjnenfis ecclesie episcopus, Dominus Henricus de Kocstede et Dominus albertus frater suus et Dominus burchardus de ueleuanz et frater Alexander de prinzlau, et frater Fridericus ejusdem predicator, Sifridus de cozwic, Bertoldus prefectus, Fridericus de grappenstede, et alii quam plures jam sepe dicte ciuitatis burgenfes presentes interfuereunt compositionj.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

VI. Paps Alexander IV. nimmt das Marien-Magdalenen-Kloster zu Prenzlau in seinen Schutz und macht demselben verschiedene Zugeständnisse, am 27. November 1256.

Alexander Episcopus, Seruus seruorum dei, dilectis in Christo filiabus Priorisse Monasterij sancte Marie Magdalene in Prinslaune, ejusque sororibus, tam presentibus, quam futuris, regularem uitam professis salutem etc. Religiosam uitam eligentibus Apostolicum conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incussus, aut eas a proposito reuocet, aut robur, quod absit, sancte religionis eneruet. Eapropter, dilecte in Domino filie, uestris iustis postulationibus clementer annuimus, et Monasterium beate Marie Magdalene, in Prinzlawe Caminensis Dioceseos, in quo diuino estis obsequio mancipate, sub Beati Petri et nostra protectione fuscipimus et presentis scripti Priuilegio communitus. Inprimis siquidem statuimus, ut ordo Canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea, quascunque possessiones, quocunque bona idem Monasterium in presentiarum iuste ac canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma uobis et eis, que uobis successerint, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis Suis, Ecclesiam beate Marie Virginis cum sancti Jacobi, sancti Nicolai et sancti Sabini ecclesiis dependentibus ab eadem, et omnibus pertinentiis Suis, quas habetis in villa, que uulgariter dicitur Prinslawe, septem Manfos cum pertinentiis eorundem et Allodium unum, quod habetis ibidem. Jus patronatus, quod in dicta Ecclesia beate Marie Virginis obtinetis. Curtes, quas habetis in loco, qui noua Ciuitas nominatur, manfos sex et duas Curtes in villa, Schenkenbere uulgariter nuncupata, cum omnibus pertinentiis eorundem. Manfos sex et Curtes decem in villa, que dicitur Gyrswalde cum omnibus pertinentiis eorundem, cum terris, pratis, uineis, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in Aquis et molendinis in uis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium uestrorum que propriis sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de uestrorum animalium nutrimentis nullus a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat quoque uobis personas liberas et absolutas a seculo fugientes ad conuersionem recipere, et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum uestrarum post factam in Monasterio uestro professionem fas sit sine priorisse ejus licentia de eodem loco, nisi artioris religionis optentu, discedere, discedentem uero absque communium literarum uestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat uobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis Campanis suppressa uoce diuina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma uero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu Basilicarum, benedictiones Canonicarum a Diocesano fuscipietis Episcopo siquidem Catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit, et ea uobis uoluerit sine prauitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parochie uestre nullus sine assensu diocesani episcopi et uestro Capellam seu oratorium de nouo construere audeat saluis priuilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec nouas et indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis seu Decanis aliisque omnibus Ecclesiasticis secularibusque personis a uobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque eius loci liberam esse decernimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se illic sepeliri deliberauerunt, nisi forte excommunicati uel interdicti sunt

aut etiam publici vsurarii, nullus obstat, salvo tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum uestrarum spectantes que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, et ad ecclesias, ad quas pertinent, reuocandi libera sit uobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte uero te nunc eiusdem loci priorissa uel earum aliqua, que tibi successerit, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu uolentia preponatur, nisi eam sorores communi consensu uel earum maior pars consilii Sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam prouiderint eligendam. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine prouidere uolentes auctoritate apostolica prohibemus, ut intra claustras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapturam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere uel interficere seu uolentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a Predecessoribus nostris Romanis Pontificibus Monasterio uestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus uel aliis Christi fidelibus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia integra conferuentur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate et Diocesani Episcopi Canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisque persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioque commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione, correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existeri de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore, et a sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat etiam in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premium eterne pacis inueniant. Amen Amen.

Ego Alexander Catholice ecclesie Episcopus.

Ego Frater Johannes
Eccles. St. Laurentii in lucina
presbiter Cardinalis.

Ego Odo
Tusulanus Episcopus.
Ego Stephanus
Prenestinus Episcopus.

Ego Riccardus
Sti. Angeli Diaconus
Cardinalis.

Ego Frater Hugo
Eccles. St. Sabine presbiter
Cardinalis.

Ego Octauianus
Ste. Marie in via lata
Diaconus Cardinalis.

Ego Petrus
Sti. Georgii ad Velum
aureum Diaconus Cardinalis.

Datum Laterani per Manum Guillelmi Magistri Scolarum Parmensis, Ste. Romane ecclesie Vicecancellarii, tertio Nonarum Maji, Indictione XIV., Incarnationis dominice M. CC. LVI. Pontificatus uero Domini Alexandri Pape IV. anno secundo.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

VII. Bischof Hermann von Camin bestätigt dem Kloster der büßenden Schwestern in Prenzlau ein Zugeständniß des Markgrafen Johann, am 27. November 1261.

Hermannus, Dei gratia Episcopus ecclesie Caminensis, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad hoc Deus et Dominus noster Jesus Christus in sua ecclesia principes et gregis sui pastores constituit, ut per se operibus misericordie ac pietatis intendant, loca religiosa locupletantes cum fieri potest suo munimine et fauore. Hinc est, quod venientes ad nos dilecte in Christo filie Sanctimonialis priorissa et conuentus sororum penitencium noue ciuitatis in Primzlawe humiliter supplicarunt et deuote, quatenus priuilegium ipsis ab illustri principe Johanne Marchione Brandenburgensi pure et simpliciter propter Deum traditum et donatum super ecclesias Ciuitatis Premzlawe uidelicet beate Dei genitricis et virginis Marie Sancti Nicolai, Sancti Jacobi necnon Sancti Sabini Episcopi jam dicte noue ciuitatis de nostro consilio factum, quod asserimus et protestamur, sicut in ipso priuilegio plenius continetur et euidenter, dignemur nostre auctoritatis munimine roborare. Nos ergo earum precibus inclinati et eorum uertigiis inherentes, qui iustis petitionibus pium prebere consueuerunt assensum, considerantes, eciam, quod ex dicta donacione status dictarum Sanctimonialium temporalium adiumento poterit emendari, eam auctoritate nobis a Domino tradita confirmamus, saluo tamen in omnibus iure nostro nostrorumque successorum et prepositi, qui in spiritualibus tanquam noster vicarius nostram vicem gerere comprobatur. Sub anathemate districtius inhibentes, ne quis sepe dicte donacioni nostreque confirmacioni abusu temerario se opponat vel dictas Sanctimonialis super ea audeat molestare, sicut omnipotentis Dei et Sancti Johannis baptiste cuius vicem in terra gerimus ingratitude et excommunicacionis sententiam uoluerint euitare. Datum Stetini, Anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo primo, quinto Kalendarum Decembris.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

Anmerkung 3. Art. No. VII.: Einen Vergleich zwischen dem Minoriten-Kloster zu Prenzlau und der Stadt vom 25. Juli 1270 enthält Seck's Gesch. von Prenzlau I. Anh. 155. Derselbe ist jedoch vermuthlich ebenso untergeschoben, als die oben erwähnte Urkunde von 1223. Sie betrifft mit letzterer denselben Gegenstand, nämlich den Grundbesitz der Minoritenbrüder in Prenzlau und befindet sich im rathhäuslichen Archive nicht.

VIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad bestätigen der Stadt Prenzlau das Magdeburgische Stadtrecht, am 5. November 1278.

In nomine Domini Amen. Ne per defectum memorie, que provida dispositione geruntur in tempore, erroris surrepat ingenita oblivio, expedit, gesta in tempore seu gerenda testium subscriptione et literarum beneficio perhennari. Quapropter nos Johannes, Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses Marchiones, recognoscimus et protestamur presentibus, quod dilectis Burgensibus nostris ciuitatis Prinzlawie ius donauimus Magdeburgense, ita uidelicet, ut iudicent tam in

campis metarum ciuitatis sue quam in foro, vicis, teatro et plateis omni iure plenario, quemadmodum Burgenfes nostri ciuitatis Stendaliensis et Gardelagenfis more Magdeburgenfi confueverunt, fua iudicia iudicare et confagitationes exactionum facere non alias, quam ficuti ciuitates noftre dederint, que plenarium ius poffident Magdeburgenfe. Promiffimus namque quod ipfos predictos Burgenfes nostros fpecialiter uelimus iugiterque pro poffibilitate nofta protegere, et in iure fuo beneuole ac perhenniter conferuare. Huius rei testes funt milites noftri Bertramus de Benitz, Bertramus de Eckfede, Fridericus de Eckfede, Johannes de Gripheberge, Johannes de Stegelitz, Johannes de Oldenulete, Theodoricus de Kereow, Johannes de Bryfeuitz, et alii quam plures uiri nobiles, fide digni. Ne uero hec nofta perpetualis donatio a noftis fuccefforibus irritetur, prefens fcriptum Burgenfibus noftis predictis ciuitatis Primflaviensis tradidimus, figillorum noftorum munimine roboratum. Actum Gyreswolde Anno Domini M^o. CC^o. LXXVIII^o. Nonas Nouembris. Datum per manum Domini Meynardi, noftre Curie Capellani.

Nach Beckmann's Abfchrift des Originals.

IX. Die Markgrafen Otto und Conrad vergleichen ſich mit der Stadt Prenzlau über die Bede-
Erhebung, das Schulzenamt und die Zollentrichtung, am 30. November 1282.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Otto et Conradus, Dei Gratia Marchiones Brandenburgenfes, omnibus has litteras inspecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam omnium habere memoriam potius eſt diuinitatis quam humanitatis, expedit ea, que donantur a Principibus, ſcriptis authenticis roborari et ſortiri robur perpetue firmitatis, ad remouendam omnem Calumniam et malignorum hominum aſtutiam, que circa ipſorum donationem poſſint futuris temporibus fuboriri. Inde eſt, quod notum eſſe uolumus uniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentis temporis quam futuri et tenore preſentium publice proteſtamur, quod cum Burgenfibus in Prinzlauia nobis dilectis, mediante diſcretorum uirorum noſtrorum prouido Conſilio et maturo, placitando conuenimus in hunc modum, uidelicet, quod ipſis dedimus libertatem a feſto Martini proxime nunc futuro per quinquennium irrevocabiliter duraturum, uolentes ipſos hoc durante tempore a qualibet exactione ſive petitione exactoria penitus eſſe liberos et exemptos. Expleto autem predicto quinquennio iidem Burgenfes Centum Marcas Brandenburgenfis argenti annis ſingulis perpetuo nobis dabunt, duobus terminis ſive diebus ad hoc ſpecialiter deputatis, in feſto Martini uidelicet quinquaginta Marcas, in feſto Walburgis proxime ſubſequenti quinquaginta marcas ſimiliter nobis dabunt, debentque eſſe liberi et ſoluti ab omni exactione ſive Petitione exactoria vel quocunque nomine cenſeatur. Neminem autem infeudabimus pecunia iam premiſſa. Item ſi aliquem ex nobis captuari contigerit, quod Deus avertat, tunc predicti Burgenfes ad redemptionem illius, qui captus fuit, dabunt ſemel ducentas marcas et non amplius et ſic debent eſſe liberi et ſoluti. Item predictae ciuitati Prinzlauie Burgenfibus nec non ſucceſſoribus eorundem dedimus, ut habeant infeudatum iudicem ſive ſchultetum, uirum hereditarium cum ipſis in Civitate Prinzlauie Commanentem.

Nos autem ipsum iudicium sive prefecturam emere non debemus nec aliquis vice nostra, et nullus advocatorum nostrorum acquirere debet iudicium memoratum, in statuque eodem dicta prefectura manebit perpetuo, secundum quod stat tempore iam presentis. Item predictae civitatis Burgenfibus et eorum successoribus promissimus, ut non aliquem aut aliquos ex eis specialiter vel generaliter aggravare debeamus in quibuslibet excipiendis et mutuo contrahendis contra cuiuslibet liberam voluntatem. Item si contigerit aliquem ex fratribus nostris aut filiis ad militiam promoveri vel thoro legitimo copulari, ad haec predicti Burgenfes nec non eorum successores nihil nobis dare ex debito tenebuntur. Item si predictam civitatem alicui ex fratribus nostris aut filiis aut alio domino in posterum dimittere volumus, is, cui ipsam civitatem dimiserimus, fide data promittet, omnia prelibata inviolabiliter observare, roborabitque sui sigilli munimine presens scriptum. Item prefati Burgenfes Carbones et ligna, de quibus indigerint ad usum et necessitatem suorum ignium, que in terra Pafewalck compararint, ita tamen quod ea non emant a Burgenfibus de Pafewalck, absque Ungeldo ducent fursum Ukeram ascendendo, nec advocatus, Officiales aut nuncii nostri impediunt in eisdem. Item aqueductus in Nedam, nominatus teuthonice eine Vlütrenne, et similiter aqueductus in Pafewalck, si prefati Burgenfes ipsum reparare decreverint, stabunt ad idem jus, ad quod stare temporibus patris nostri Marchionis Johannis clare memorie consueverunt Molendinariique eos tenebunt et cum denariis illic receptis de descensu et ascensu navium ductus aquarum prehabitos, cum destructi fuerint, reparabunt. Supra dicta omnia ipsis inviolabiliter observare, promissimus fide data pro nobis, nostris fratribus ac successoribus universis. Promissimus etiam, quod nullus ex fratribus nostris suam partem hereditatis debeat aliquo modo acceptare, nisi prius promittat, quemadmodum nos promittimus fide data et suis sigillis roborat presens scriptum. Preterea servandum duximus firmiter et tenendum, quod si quidcumque de Premissis omnibus infringere, quod absit; ex tunc dicti Burgenfes liberum habebunt arbitrium, ut una cum quatuor advocatis nostris, videlicet leuenwalde, Pafewalk, Stolp et trans Oderam, cum civitatibus, Oppidis in ipsis sitis et Vasallis nostris ipsas inhabitantibus universis libere se divertere poterint ad alium dominum, ad quem duxerint divertendum, donec injuria et violentia per nos, fratres nostros et successores facta fuerit integraliter retractata. Pro hujusmodi quidem libertate et omnibus aliis articulis premissis prefati Burgenfes nobis dederunt mille quadringentas quinquaginta et undecim marcas. In supra dictorum siquidem omnium evidens testimonium et cautelam presentem paginam fieri iussimus sigillorum nostrorum impressionibus consignari, adhibitis nihilominus testibus idoneis, quorum nomina sunt haec: Bertramus de Bentz, Betheko de Eestede, Johannes de stegelitz, Dapifer curie, Haffo de Wedele, Henricus de Bellinge, Buffo de Kockstede, Willekinus de Kerckow, milites, Johannes et Betheko, sculteti dicte civitatis, Hinricus Ruffus, Gerhardus de Bismarke, Conradus Vinitor, scadelove, Henricus de Lughe, Rudolphus de Scheninge, Gerengerus, Scabini, Albertus de Brunswich, Johannes de Brunne, Johannes Faber, Conradus Campfor, Heiso et Theodoricus Fratres pelliciferae, Johannes de Kolene, Arnoldus de Kolene, Hannemannus scriptor et Meineko socius suus et sui filii, Burgenfes, et quam plures alii fide digni. Datum Girsvalde, Anno Gratiae M. CCLXXXII in die sancti Andree apostoli, per manum domini Johannis de Brunschwich, nostre Curie Capellani.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31. Blatt 11—15. Sect's Gesch. I., Urk. Auf. 157.

X. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen Bürgern zu Prenzlau die Freiheit von der
Lehnbede, am 11. November 1283.

Nos Otto et Conradus, Dej gracia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus coram vniuersis Christi fidelibus publice protestantes, quod vniuersos Burgenses et singulos in ciuitate Prinzwaw degentes et eorum heredes ab omni precaria nobis danda liberos et solutos dimimus, que denariis suis mercati sunt, quod de bonis eorum pheodatis nullas prorsus precarias debeant dare nobis. Nomina bona feodata habencium sunt hec: Heinricus rufus et suj heredes omnia bona ipforum ad agriculturam eorum sine precariis habebunt, preterea habebunt sex manfos in bonis ipforum ad agriculturam eorum sine precariis et absque seruiciis aliquibus. Conrad vinitor et suj heredes omnia bona ipforum vniuersaliter libera sine precariis habebunt, preterea habebunt duodecim manfos ad agriculturam eorum in bonis ipforum eciam sine precariis et absque seruiciis aliquibus. Johannes de Penckun sui que heredes omnia bona eorum libera habebunt et absque precariis ac sine seruiciis aliquibus. Johannes Haltpape et suj heredes, Johannes de Brunne et suj heredes, Scadelow et suj heredes, filii Arnoldj de Sycke et eorum heredes, Johannes de Cedenick ac suj heredes, Theodericus, pellifex, et sui heredes, Filij Heifonis pellificis et eorum heredes, Heinricus de Lughe et suj heredes, filii Johannes de Colene et eorum heredes, Filii Hinricus de Schufen et eorum heredes, filii Heidenricus de Bismark et eorum heredes, Conradus de Stagno et suj heredes, Henricus Tabbard et suj heredes, Gerhardus de Bismark et suj heredes, omnia bona eorum, que nunc habent et possident, habebunt libera et absque precariis aliquibus. Igitur vt premissa hec per nos nostrosque successores hereditarios irrefragabiliter obseruentur, presentes literas in evidens damus testimonium, sigillorum nostrorum appensionibus consignatas. Datum Prinzwaw, Anno Domini M^o. CC^o. LXXXIII^o., in die Sancti Martini confessoris, per manum Bernardj, Curie nostre notarii et cappellani.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XI. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen der Stadt Prenzlau die Freiheit von der
Nachmessung ihrer Grundstücke und verschiedene Rechte, am 8. September 1287.

In Nomine Domini Amen. Omnibus in Cristo fidelibus presentes literas inspecturis Otto et Conradus, Dei Gratia Marchiones Brandenburgenses in perpetuum. Humani generis actiones perpetua indigentes memoria plerumque ab hominum notitia dilabuntur, que nec scripturarum nec testium munimine confirmantur. Quapropter Constare volumus tam presentibus quam futuris Cristi fidelibus uniuersis, quod Causam dimensionis agrorum adiacentium Civitati Printzwaw, que nos tangebatur ex una et Civitatem ex parte altera, terminauimus de maturo prudentum nostrorum Consilio favorabiliter in hunc modum, videlicet mensuram agrorum prefate Civitatis nunc et in perpetuum simpliciter relaxamus, ita ut nec a nobis nec a nostris heredibus uniuersis unquam

fuerit repetenda. Civitas etiam Printzlaw Cum agris, cultis et incultis, pratis, pascuis, Stagnis, aquis, fluentibus, Paludibus et cum omnibus his inclusis, que in ipsius civitatis distinctionibus continentur, libera manebit a mensura. Et neque nos neque nostri heredes debemus civitatem Prenzlaw contra Justitiam impedire aut agros, aut stagna, aut Prata, aut Pascua, aut aquas fluentes, aut Paludes, aut metas, que theutonice dicuntur ein Huefichlag, vel in mensura seu in aliis rebus, quas quis excogitare sciret five posset. Item Civitas Printzlaw, Burgenfes et eorum heredes manebunt apud sua jura et obtinebunt hereditates, quas a nobis et a nostris Progenitoribus sibi datas possunt evidentibus privilegiis rationabiliter approbare. Privilegia quoque eorum, in quibus hujusmodi jura et libertates continentur, non debent cum aliis infra scriptis articulis permutari. Et quicquid nobis contigerit cum predictis Burgenfibus singulis annis seu temporibus placitare, hoc non diminuere debet Jura libertates et Privilegia predonata. Preterea Civitatis Burgenfibus et eorum heredibus dedimus in perpetuum hoc servandum, quod omnia molendina dicte civitati adiacentia currus suos mittere debent ad Civitatem Printzlaw et annonam quamcumque molendam educere debent et reducere, utpote nostrorum dictavit sententia discretorum, Et nolumus, ut aliquis ausu temerario presumat hujusmodi molendinarios vel eorum nuncios in hujusmodi statutis quodammodo impedire. Insuper predictis Burgenfibus liberam et plenariam damus facultatem, quod possint se ac Civitatem Printzlaw quandocumque eis placuerit, muro firmare lapideo et munire sine impedimento molestie alicujus. Hec omnia promissimus Civitati, Burgenfibus et eorum heredibus firmiter ac fideliter observanda a nobis nostrisque successoribus hereditariis presentibus ac futuris. Pro hujusmodi libertate ac donatione predicti Burgenfes dederunt nobis trecentas Marcas Brandenburgensis monete. Vt autem hec omnia premissa firma permaneant et perpetuo inconcussa presentes literas in evidens testimonium desuper describi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus roboratas, testibus adhibitis, qui presentibus aderant, subnotatis, videlicet Friderico de Ecstede, Ludewico et Hassone, fratribus de Wedel, Henrico de Wardenberg, Ottone de Ellingen, Buffone de Bellinge, Johanne de Grifenberghe, Gherardo de Wofstrow, Johanne de Sparrenwolde, militibus, Johanne de Farenholtze (al. Berkholte), advocato Potzenwalkens, Henrico, Venatore, advocato Levinwoldens, annone, advocato stolpens, Johanne et Betekino, prefate Civitatis scultetis, Conrado, Vinitore, et Henrico Rufo, Heinrico de Lughen, Rudolpho de Seeninge, Gerengero et Conrado de Stagno, Scabinis, Johanne Fabro, Theodoro, Pellifice, Alberto Brunschwich, Heinrico de Juterwitz, Johanne de Niendorp, Nicolao de Dybe, tunc temporis consulibus et quam pluribus aliis fide dignis. Date Printzlaw, anno Dominice incarnationis M^o. CC^o. LXXXVII^o., in die Nativitatis beate Marie Virginis, Per manum Bernardi, curie nostre Notarii.

Aus einem Copialbuche der Breslauer Bibliothek J. F. 34, Blatt 16—19. Buchholz Geschichte Th. IV., Urkundenhang 119.

XII. Heidenreich, Bischof von Brandenburg, gewährt zur Vollendung der Marienkirche in
Prenzlau einen Abfaß, am 26. März 1289.

Heidenricus, Dei gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Sancta mater ecclesia semper pietatis visceribus plena atque summa karitate referta, prouisione salutari filiorum salutem prospiciens considerata deuocione dolencium et refurgere volencium longi temporis penam restringere et optata prefidia pollicetur, maxime penitentibus et confessis, qui pro peccatis redimendis pauperibus et egenis atque ad ecclesiarum structuras sua distribuunt secundum a Deo sibi traditam facultatem. Igitur cum monasterium beate et gloriose virginis Marie in Prinzlawe costruendum absque elemosyna piorum consumari non poterit, Nos omnibus suam elemosynam ad eandem structuram largientibus contritis et confessis de iniuncta sibi penitencia quadraginta dies et vnam karenam autoritate, qua fungimur, misericorditer relaxamus. Datum Anno Domini Millefimo ducentesimo octogesimo IX^o., crastino Anunciacionis Domini.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XIII. Die Markgrafen Otto und Conrad bestätigen der Stadt Prenzlau das Magdeburgische
Recht, am 17. Juli 1294.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg Marchiones, recognoscimus tenore presentium et ad singulorum pervenire Cupimus notionem, quod Burgenfibus nostris dilectis civitatis Primslaw damus et concedimus jus Magdeburgense cum omni jure, prout cives Magdeburgenses habent et habere haecenus consueverunt. Testes hujus rei sunt Fridericus de Ecsted, Johannes de Oldenvlit, Romelo, Wernher de Swaneberg, Dithardus, Johannes de Sydow, Godeco de Grifenberg, Anno, pincerna, Johannes de Blankenborg, Henricus de Steglitz, fideles nostri milites, et alii fide digni. Datum Primslaw, Anno Domini M^o. CC^o. Nonagesimo quarto, in die beati Alexii Confessoris.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XIV. Die Markgrafen Otto und Conrad befreien die Stadt Prenzlau auf 4 Jahre von aller Bede, am 22. Januar 1296.

Nos Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg Marchiones, recognoscimus coram Vniuersis cristi fidelibus etatis tam presentis quam postere, presentibus publice protestantes, quod nos fidelium nostrorum Ciuium in Prenzlauia intuentes obsequia, ad que ipsos pronos inuenimus ac paratos, eorumque fidelitati nobis exhibite aliqua correspondere uolentes dilectionis mutue recompensa, ipsis dicteque Ciuitatis nostre incolis libertatem concessimus per presentes et damus, vasallorum nostrorum saniori vti consilio, a festo beati Martini nunc primum uenturo, per annos quatuor continue subsequentes ulterius duraturam, ita quod tempore Libertatis huiusmodi durante, nullam prorsus ab ipsis precariam, confiscationem, aut exactionem aliqualem, quocumque censeatur nomine, requiremus, nec per heredes nostros aut Officiales, uel Aduocatos quoscumque faciemus requiri. Ne igitur alicui super huiusmodi libertatis uoluntanea donatione dubium oriatur, presentes eodem dare iussimus Litteras, sigillorum nostrorum appensionibus communitas. Hec autem Libertas est per viros prudentes uidelicet Rodolfum de Sceninge, Albertum de Brunelwich, Heinricum de Bertekow, Heinricum Lamperti, Gerhardum de Angermunde et Johannem de Strez, nostre Ciuitatis Consules placitata, presentibus nostris fidelibus Wernerio de Swaneberge, Friderico de Ekstede, Romelone, Johanne de Sydow, Heningo de Blankenburg et Heinrico de Stegeliz, militibus, et quam pluribus fide dignis. Acta sunt hec Anno dominice Incarnationis M^o. CC^o. LXXXVI^o., In die beati Vincentij martiris, et data per manus Gernodi, nostre Curie Notarii.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

XV. Die Markgrafen Otto und Conrad beleihen Arnold von Colne mit Mühspächten aus Prenzlau und Hebugen aus dem Dorfe Gollmitz, am 27. Januar 1296.

Nos Otto et Conradus, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg Marchiones, recognoscimus et Presentibus publice protestamur, quod nos Arnoldo, puero de Colone vocato, quondam filio Johannis de Colone, bona subscripta uidelicet octavum dimidium chororum brafei ordeacii et octavum dimidium siliginis et duos choros brafei triticei in molendino ciuitatis prinzelaw et decem Talentorum redditus in Villa Golmyz contulimus possidenda eo jure et observata conditione, qua possedit pater pueri superius expressus, in verum feudum atque iustum. Et ne ulli super hoc dubium in futuro tempore oriatur, presentes damus literas nostris sigillis robotatas. Testes autem sunt Johannes Romelo, Fredericus de Ecstede, Johannes de Oldenwit, anno pincerna, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Prinzelaw, Anno

Domini M^o. CC^o. LXXXVI^o., sexta feria ante Purificationem Virginis Gloriose, per manus Domini Zacharie, Notarii.

Aus Bestmann's Abschrift, einer Serie der Beesl. Bibl. J. F. 31, Blatt 19 u. 20 und Sect a. a. D. S. 160.

XVI. Peter, Bischof von Camin, verschreibt den Wohlthätern der Marienkirche zu Breslau einen Ablass, am 10. März 1297.

Frater Petrus, Dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus, univervis Christi fidelibus ad quos presens Scriptum peruenerit salutem in Domino. Cupientes Christi populum Deo reddere acceptabilem et indulgentiis quasi quibusdam muneribus allectum ad diuinum obsequium invitare, Omnibus igitur vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam gloriose virginis Marie in Primislavia nostre diocesis in festiuitatibus scilicet annunciationis beate Marie beatorum Philippi et Jacobi apostolorum, ac Laurentii et katharine virginis, necnon et in dedicacione ipsius ecclesie causa deuotionis accesserint et deuotas oraciones dixerint, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer in Domino relaxamus. Datum Primzlawie, anno Domini Millefimo ducentesimo nonagesimo septimo, die Dominica qua cantatur Reminiscere.

Nach Bestmann's Abschrift des Originals.

XVII. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich verkaufen dem Dorfe Blingow einen See, am 5. Januar 1298.

Nos Otto, Conradus, Hinricus et Johannes, Dei gratia Brandenburgenses et de Landefberg Marchiones, univervis hanc literam visuris salutem cum plenitudine omnis boni, Recognoscimus tenore presentium publice protestando, quod Ville Blingow et Civibus ejusdem stagnum Blingowischense sursum descendendo cum omnibus utilitatibus suis attinentiis, videlicet lacubus, pratis, paludibus, graminibus, pascuis et in aliis fructibus, que Ror vocamus, cum aliis proventibus, que in suprascripto stagno poterunt inueniri usque ad situm Königistop, cum piscatura Concessimus et donauimus predictis Civibus nostris de Blingow libere et quiete perpetuis temporibus possidendum. Item predicti cives habebunt liberam facultatem obstacula tria construendi in medio flumine ipsius stagni, que Wer nuncupamus, sicut hactenus haberi consueverunt. Preterea ipsum stagnum vendidimus pro hereditate, sicut hactenus habuimus et sepe dictis civibus nostris contulimus pheodali jure ex integro et ex toto. Protestamur etiam publice, quod ordinationem super mensuratione campi Ville videlicet Blingow nuperrime factam ratam, et firmam volumus per-

petuis temporibus inpermutabiliter obſervare, nec campum ejusdem Ville ſepe dicte faciemus deinceps per advocatorum noſtrorum aut officialium noſtrorum ullum diſtributionis funiculo demetiri. Pro huiusmodi autem donatione ac libertate predicti cives nobis dederunt quinquaginta talenta denariorum Brandenburgienſium paratorum. Ne autem ſupra dicte Ville ſuper eo in poſterum quicquam calumnie oriatur, preſentem literam eiſdem ſigilli noſtri munimine roboratam conferimus in tutelam. Hujus Collationis et Donationis teſtes ſunt Fredericus de Ecſtede, Anfelmus Blanckenburg, Henricus Stegelitz, Conradus de Stavenow, Bozsdal, milites, et Arnoldus de Dewitz, tunc temporis advocatus, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Turgelowe, Anno domini M^o. CC^o. LXXXVIII^o., in Vigilia Epiphanie Domini et datum per manum Domini Johannis de Clephelshagen, noſtre Curie Notarii et Capellani.

Aus dem Copialbuche der Brecſl. Bibl. J. F. 31, Blatt 20—22. Deutſch in Seck's Geſch. a. a. D. S. 160.

XVIII. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich verzeihen dem Altar St. Marien zu Prenzlau eine Fehlung aus dem Huſenzinſe, am 2. Januar 1299.

Otto, Conradus et Hinricus, dej gracia brandeburgenſes et de Landefberg Marchiones, Vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes deuenierint, inperpetuum. Quod humana diſponit ratio, poni ſolet in lingwis teſtium et viua voce litterarum teſtimonio perhennari. Hinc eſt, quod nos continua grataque Seruitia per viros honorabiles, Burgenſes Ciuitatis Primizſlaw, nobis iugiter exhibita, ac deinceps futuris temporibus exhibenda, piis oculis contuentes, eoſdem in hoc pro ſpeciali remuneratione decreuimus honorandos, vt altare ſancte Marie glorioſe virginis Marie conſtruant et edificent, vt et ſingulis diebus ibidem in mane vna miſſa pro auditoribus audiatur. Nichilominus anniuerſarij noſtri ibidem ſingulis annis celeberrime peragentur, necnon annua memoria noſtri fiat. Porro Nos pro huiusmodi ſpiritali munuſculo nobis ut premilimus impendendo et in remedium animarum noſtrarum proprietatem octo talentorum denariorum brandenb. in cenſu annuo manſorum ad dictum altare, pure damus et conferimus propter deum renunciantes noſtro juri, quod huc vſque habuimus denarios ad eoſdem, Ita quod in dictis denariis videlicet octo talentorum nichil iuris, nichil proprietatis, nobis amodo poterimus vſurpare. Collatio vero proprietatis predicti altaris, quandocumque vacauerit ad collationem magistrorum guldarum dicte Ciuitatis pertinebit, Apponentes et ſubiungentes, quod oblationes, que ad ipſum altare offeruntur, vero plebano integraliter preſententur et quod in cottidianis votiuis miſſis, et in legationibus teſtamenti eidem plebano preiudicium nullum fiat. Igitur vt huiusmodi proprietatis donatio, per nos noſtrosque ſueceſſores hereditarios ſtabilis maneat et futuris temporibus perfeueret inconuulſa preſentes litteras in euidentis teſtimonium et robur perpetuo valiturum conferri iuſſimus et Sigillorum noſtrorum muniminibus roborari, Teſtibus ydoneis adhibitis, quorum nomina ſunt hec: Fredericus de Ecſtede, Haſſo et Ludouicus, fratres de Wedele, Johannes de Sydow, Burchardus de cocſted, Hinricus de doſſa, Johannes et Anfelmus, fratres de blankenburg, et Gallo, aduocatus, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et Datum Zweth, Anno Domini M^o.

CC°. LXXXXIX°. In crastino Circumcisionis domini et Data per manum domini Johannis Clepelshagen, nostre curie capellani.

Nach Westmann's Abschrift des Originals.

XIX. Der Markgrafen Otto, Conrad und Johann Privilegium zur Anlegung einer Apotheke in Prenzlau, vom 1. April 1303.

Nos Otto et Conradus et Johannes, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberc Marchiones. Cum manifesta recognitione tenore presencium protestamur, quod dilecto nobis Walthero Juniori, cui in Prinzelaw, Exhibitori presencium, apotecam ibidem pleno iure contulimus possidendam et quiete et pacifice gubernandam. Adiiicientes ex gracia et fauore speciali, quod nulli hominum licet aut licebit quomodolibet, quod possit aut debeat circumquaque huic predictae ciuitati et loco construere vel edificare ad decem miliaria aliam Apotekam. Preterea hereditatem suam, quam nunc habet in ciuitate eadem aut in posterum cum habere continget, hanc ipse et sui pueri seu heredes quietam possessionem et liberaliter possidendam modis omnibus possidebunt. In huius rei euidentiam presens damus scriptum nostris sigillis roboratum. Testes huius rei sunt: Conradus Rauen, dapifer, Conradus de Redere, Tzulis de Wedele, Johannes de Sydow, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum in Vitemanstorp, Anno domini M°. CCC°. III°. secunda feria post festum palmarum, per manum domini Zfacarii.

Aus Ködens Waldemar I., S. 417—418 nach der Urschrift im Anhalt. Archiv.

XX. Die Markgrafen Otto, Heinrich, Johann und Woldemar bestätigen das Marien-Magdalenen-Kloster in Prenzlau, am 7. September 1304.

In Nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Otto, Hinricus, Johannes et Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenses et de Landesberch Marchiones, Univerfis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu auditoris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Necessaria est rerum gestarum Descriptio et maxime earum, que habentur pro cultu divino, ne posterius oblivione moti denegare valeant maturo priorum consilio stabilita. Hinc est quod cunctis Cristi fidelibus cupimus fore notum, quod nos considerantes et piis esse indigentibus subvenire et illis precipue, qui ob amorem Dei, mundum et ejus concupiscentias contempserunt, sub monastice religionis habitu, Crucem Cristi spiritualiter in suo pectore iugiter bajulantes. Igitur ad reverentiam Jesu

Cristi et beate genitricis sue, ac pro nostra nostrorumque predecessorum salute, Cum sinceri animi puritate sororibus in nova civitate nostra Prencelaw, quas benigno amore amplectimur, gratiam indullimus infra scriptam. Eedem vero sorores proprietatem omnium bonorum suorum, quam habuerunt hactenus pro nostris genitoribus et adhuc habent, de nostra bona voluntate iusto proprietatis titulo possidebunt et eisdem pacifice perpetuis temporibus perfruentur. Bona autem predictarum sororum, que habent, sunt hec: Fundum sive locum habent, in quo nunc sunt et ipsarum edificia collata consistunt et eundem de nostra licentia speciali dilatare seu ampliari poterunt pro suo Commodo, dummodo non sit in prejudicium Civitatis. Item duas Ecclesias Boyngarde et Schenckenberch, Cum vniuersis attinentijs suis videlicet, Manfis, Modiis, Denariis ac areis pertinentibus ad easdem. Item Centum triginta sex solidos de sex manfis Gyrswalde situatis, item duo talenta denariorum Brandenburgensium in theoloneo antique civitatis Prencelaw. Item in molendinis Nove civitatis nostre Prencelaw superius nominate habent viginti choros et unum, scilicet Decem choros triticei brafei, sex choros ordeacei Brafei et quinque choros filiginis, quos singulis annis ex eisdem molendinis percipient atque tollent. Item fundum et locum Molendini apud Gustow, quod quoddam Anselmi fuerat. Item curiam cum septem manfis ante novam civitatem situatis. Proprietatem autem Bonorum jam dictorum de novo ratificamus, presentis scripti patrocinio confirmantes, atque volentes sepe dictas sorores ista proprietate perpetua pace gaudere atque vero proprietatis titulo possidere. Ceterum sepe dictis sororibus de nostra Cordis liberalitate a novo dedimus atque donavimus proprietatem viginti quatuor talentorum in censu mansorum civitatis Paswalck annuatim tollendorum, in restaurum quorundam damnorum, si que eisdem intulimus, cupientes et volentes, ut jam dictorum bonorum proprietatem perpetuo possideant et iusto titulo proprietatis. Hanc autem donationem, ratificationem et confirmationem a nobis ipsis liberaliter factam, volumus nos atque nostri veri heredes perpetuis temporibus inviolabilem observare, ita quod nullus Advocatorum seu officialium in eisdem bonis aliquid habeat actionis, super quo presentia scripta nostrorum sigillorum munimine duximus roboranda, presentibus testibus nostris fidelibus Hinrico de Stegelitz, nostre curie Dapifero, Conrado de Reder, Johanne de Hogenwarde, pincerna, Theodorico de Kerckow, Henningo de Blankenborch, Ottone de Holtzendorp, Marscalco, Henningo de Stegelitz et Henningo de Mentiz, militibus, Everardo Zmol et Conrado de Haffia, Capellanis, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et datum Pytzen, Anno Domini Millesimo trecentesimo quarto, in vigilia Nativitatis beate virginis gloriose, Et datum per manum Domini Johannis Clepelshagen, nostre Curie Capellani.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bist. J. F. 31, Blatt 24 - 27.

XXI. Heinrich, Bischof von Camin, ertheilt für den Altar des heiligen Kreuzes in der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablass, am 18. October 1304.

Henricus, dei gratia Caminenfis Ecclesie Episcopus, vniverfis presentia visuris salutem in omnium Salvatore. Cupientes Christi populum Domino reddere salutarem uel acceptabilem ipsumque nostris indulgentiis, quasi quibusdam muneribus allectiuis ad diuinum officium et ad caritatis opera invitare; Hinc est, quod nos de omnipotentis dei confisi misericordia omnibus vere penitentibus et confessis, qui in altari Sancte crucis in ecclesia Sancte Marie in Primzlua constituto, quod quidem nos diuina nobis cooperante clementia in honorem ejusdem sancte et victoriosissime crucis consecravimus, in festis subscriptis, scilicet natiuitatis Cristi, Pasche et pentecostes, necnon in die Patroni et die dedicationis ipsius altaris missarum solemnia celebrari cum deuotione audierint, quadraginta dies indulgentie misericorditer in domino relaxamus. In horum singulorum evidentiam firmiorem presentem literam nostro sigillo fecimus communi. Datum Anno domini M^o. CCC^o. quarto, in die sancti Luce Evangeliste.

Aus einem Corialbuche.

XXII. Die Markgrafen Otto und Woldemar verschreiben der Stadt Prenzlau durch verbürgten Vertrag verschiedene Rechte, am 29. August 1305.

In Nomine sancte Trinitatis et indiuidue Unitatis Amen. Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Lufatie et de Landesberch Marchiones, vniverfis Cristi fidelibus presentes literas inspecturis seu audituris in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi, rite et rationabiliter facti, propter diversos casus, qui humanis rebus incidunt, immutantur, expedit, ut linguis testium idoneis et literis auctenticis solidentur, ne oblivione sive fluxu temporis evanescant, vel malignorum astutia varientur. Recognoscimus igitur coram vniuersis Cristi fidelibus tam presentis temporis, quam futuri, presenti pagina publice protestantes, quod fidelium nostrorum civium in Premslavia obsequia assidua et fidelitatem eorundem piis desiderii intuentes, nostrorumque Prudentum consilio maturo prehabito, ipsis donauimus pio affectu subscriptam libertatem, perpetuis temporibus inuolabiliter duraturam, ita quod dicte civitatis Burgenfes pro omni exactione vel confagittatione aut depecuniatione, quocumque nomine censeantur, nobis dabunt singulis annis centum marcas et non plus duobus terminis sive diebus, ad hoc specialiter deputatis, videlicet in festo beati Martini quinquaginta Marcas Brandenburgenses argenti ponderis et Monete: In festo vero sancte Walburgis quinquaginta Marcas ejusdem monete et ponderis, nobis similiter erogabunt. Addicimus etiam quod omnes libertates sive Privilegia, a nostris predecessoribus sive a nobis donata dictis Burgenfibus, per istam nostram novam donationem non debent aliquatenus diminui vel mutari, sed manere debent penitus inconcussa. Item prefectus dicte nostre Civitatis iudicabit omnes excessus, qui perpetrantur in pre-taxata Civitate et extra vel in metis, que Marfcheyde vulgariter appellantur, que ad civitatem per-

tinent prenotatam. Nolumus etiam ut hujusmodi Excessus per nos vel per Nostros Advocatos, aut per nostros Officiales quoscunque aliquatenus judicentur. Preterea statuimus in perpetuum observandum, quod in molendinis adiacentibus sepe dicte Civitati Matta ferrea vel cuprea habeatur, in qua nequaquam annona de cetero cumuletur, sed cumulus cum ferreo instrumento integraliter deponatur, quo deposito sedecim Matte mensurate tenebunt unius modii quantitatem. Item si aliqua guerra aut periculum nobis incumberet, quod deus avertat, dicte Civitatis Burgenfes Nobis ad aliquam expeditionem sive Reysam nulla obsequia ministrabunt, Nisi possint eodem die, qua exeunt, redire ad dictam Civitatem. Nec debent ulterius procedere, nec aliquo gravamine amplius molestari. Item si nos sepe dictam Civitatem vendere aut obligare contigerit, quod absit, is cui premissam civitatem dimiserimus, premissis civibus promittet, fide data, omnia Privilegia predonata et libertates prehabitas immutabiliter observare et hoc suis privilegiis confirmabit. Hec omnia premissa, sine omni dolo observari pro nobis ac pro nostris successoribus universis promittimus fide data. Una enim nobiscum fidentius compromittunt nostri fideles, scilicet Johannes Romel, Ludolphus senior de Wedel, Hynricus de Stegelitz, nostre curie Dapifer, Henningus et Anselmus, fratres dicti de Blanckenburch, Henningus de Stegelitz et Berteramus, Theodoricus de Kerckow, Henningus Grifco, filius Domini Godezkini de Grifenberch, Wedege de Wedele, Hasso de Wedele, Henningus de Eyckstede, Fridericus et Thydericus, fratres dicti de Eyckstede, Heydenricus de Bentz, Bertramus de Benitz, Syfridus Semuck, sabellus de Badelo, Henningus de Bentz, residens in Arnse, Henningus de Bentz, residens in Coselow, Otto de Holttendorp, Marscalcus, et Nicolaus Saac, milites, Redingus, Marscalcus, et Theodoricus junior de Kerkow, armigeri. Mortuo vero uno predictorum fidejussorum nostrorum, nos infra mensem, postquam a dictis Burgenfibus moniti fuerimus, alium fidejussorem loco mortui statuemus, quemcunque de nostris Vassallis dicte civitatis Burgenfes duxerint eligendum. Et si aliquis articulus de premissis omnibus per nos vel per nostros successores infringereetur, ex tunc predicti nostri milites, qui dictam libertatem nobiscum compromiserunt, sive alii, qui ipsis in promissione succedunt, dictam civitatem intrabunt, inde non exituri, donec ille articulus sive injuria penitus reformetur. Ad majorem enim evidentiam et cautelam omnes nostri compromissores hanc nostram donationem confirmabunt literis, suorum sigillorum munimine communitis. Pro donatione quidem hujusmodi libertatis dicti Burgenfes nobis dederunt septingentas Marcas argenti Brandenburgensis ponderis et monete. Ut igitur noster contractus sive donatio tam a nobis, quam a nostris successoribus ratus permaneat et inconcussus, presentes literas super eo confectas nostrorum sigillorum appensionibus iussimus consignari. Actum et datum Anno Domini M^o. CCC^o. quinto in Werbelino, in die beate decollationis sancti Johannis Baptiste, per manus Gherardi, nostre curie Notarii, et placitatum per viros discretos infra scriptos, quorum nomina sunt hec: Thydemannus de Rudow, Henricus de Bismarck, Zabelo, institor, Thydekinus de Crevese, Sivikinus de Landin, Segherus de Angermundis, Luderus de Cranicpul, Thidekinus de Angermundis, Segherus Buck et Bruno, pellifex, Consules hujus anni, Menso, prefectus, Martinus de Crevese, Gherardus de Angermundis, Henricus de Bertkow et Wilhelmus de Gotow, Burgenfes predictae Civitatis.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 27-32. Buchholz Gesch. Th. IV., Urk.-Anh. S. 154.

XXIII. Bischof Heinrich von Camin verschreibt den Wohlthätern der Marienkirche zu Prenzlan einen Ablass, am 23. Januar 1306.

Heynricus, Dei gracia Caminenfis ecclesie Episcopus, vniuersis presencia visuris salutem in domino. Cupientes Christi populum domino reddere acceptabilem et ipsum nostris indulgentiis quasi quibusdam muneribus allectiuus ad diuinum officium et ad Karitatis opera inuitare, Omnibus itaque vere penitentibus et confessis, qui ecclesie S. Marie in Preimzlauia manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies indulgentie de iniuncta eis penitencia in domino misericorditer relaxamus. Datum Primzlaue, Anno domini Millefimo trecentesimo sexto, Sabbato, quo cantatur venite adoremus.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXIV. Der Rath der Stadt Prenzlan gestattet dem Kloster Gramzow zwei Häuser in der Stadt inne zu haben und setzt die Bedingungen dieses Besizes fest, am 14. August 1306.

In nomine Domini Amen. Humani generis acciones multociens a memoria hominum laberentur, si non testibus idoneis et literis autenticis firmarentur. Hinc est, quod nos Prefectus, Consules, necnon scabini ciuitatis Primzlaue tenore presencium literarum recognoscimus coram vniuersis Christi fidelibus publice protestantes, quod nos ad petitionem honorabilis viri Domini Theodorici Prepositi nec non totius conuentus Gramzouienfis ipsis prehabita bona deliberacione, et maturo discretorum nostrorum conciuum consensu et consilio mediante annuimus cum fauore, ut due hereditates simul site in nostra ciuitate, apud valum lapideam, in opposito clauftri fratrum predicatorum, eisdem in hunc modum libere resignentur, videlicet dictus conuentus versus platheam tres construet mansiones in eisdem tres seculares personas viros idoneos collocando, qui pro dictis hereditatibus faciant statuta ciuitatis, quemadmodum eorum vicini circummanentes faciunt iura ciuilia in omnibus adimplendo. Et quociens collecta, que schot vulgariter dicitur, in nostra dabitur ciuitate tociens predictus conuentus nostre ciuitati collectam pro octoginta marcis Brandenburgensis argenti donabit de hereditatibus prenotatis, prouiso nihilominus, quod incole dictarum hereditatum de propriis rebus seu facultatibus collectam specialiter erogabunt. Item sepedictus conuentus memoratas hereditates edificijs sibi congruentibus licite emendabit de cetero nunquam spacium longius aut laciis postulando, nisi quantum aree dictarum hereditatum nunc probantur racionabiliter continere, sed solum in his hereditatibus sit contentus, nusquam in ista ciuitate hereditatem aliam possidendo neque mansionem conuentualem ibidem aliquatenus attemptando apud nos posse de cetero obtinere. Preterea omne quod construitur et agitur in hereditatibus pretaxatis hoc debet esse conueniens et honestum, ne conciuibus vel ciuitati ex eo ulla infamia seu periculum aliquod oriatur. Ut igitur hoc factum rite et racionabiliter ordinatum perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur, presens scriptum inde confectum sigillorum videlicet venerabilis Patris Domini

Henrici Caminenfis Ecclesie Episcopi, honorabilis viri Domini Theodorici Prepositi et conuentus supra dicte ecclesie Gramsouienfis necnon nostre ciuitatis sigilli appensionibus dignum duximus roborandum. Huius rei testes sunt magister Petrus de Valkenhagen, Dominus Lambertus de Bertikow viceplebanus nostre ciuitatis, Dominus Jacobus Prepositus Sanctimonialium in noua ciuitate et quam plures alii fide digni. Actum et datum Primzlaw, MCCCVI, in vigilia assumptionis beate Marie virginis gloriose.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXV. Markgraf Woldemar begiebt sich rücksichtlich der Ausstattung eines in der Nicolaiskirche gegründeten Altars seiner Rechte, am 29. September 1306.

Nos Woldemarus, Dei gracia Brandeburgensis, Lusacie et de Landesberch Marchio, recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, Quod notorium nobis est, quod honesti viri Theodoricus, plebanus in Prenzlau et Heyno dictus Tabbars, Burgensis in Prinzlau, Altare, quod in Ecclesia sancti Nycolay predictae Ciuitatis ob remedium anime sue construxerunt, cum trium mansorum partibus dotauerunt, Et insuper de redditibus tantum dicto Altari addicient, quantum de viginti quatuor marcis poterit sperari et quid nos de bonis illorum reddituum respicet, dicto Altari diuine remuneracionis intuitu decreuimus donare. In huius rei euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum adhibitis testibus Domino scilicet Hinrico de Stegheliz nostre curie Dapifero et fratre suo Domino Bertrammo et Domino Henningo de Stegheliz et Domino Ludolfo de Arndestorp et aliis compluribus fide dignis. Datum Warcokeftorp, Anno Domini M^o. CCC^o. VI^o. In die beati Michaelis per manum Petri, plebani in Gardeleghe, nostre Curie notarij.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

XXVI. Die Markgrafen Otto und Woldemar versprechen, sich mit den Gebrüdern von Angermünde nicht zu versöhnen, bevor dieselben nicht die Schuldbriefe der Stadt und einiger Bürger Prenzlau's herausgegeben haben, am 13. Februar 1307.

Nos Otto et Woldemarus, Dej gratia Brandenburgenses, Lusacie et de Landfberg Marchiones, Recognoscimus et ad singulorum notitiam tenore deducimus cum presentj, quod nullam prorsus compositionem seu guerram cum Hermanno, Gherardo et gegero, fratribus, de Angermünde dictis, et eorum veris heredibus inibimus nec acceptabimus, nisi Litere protesta-

tionum ex parte nostre Ciuitatis Premzlau prefato Hermanno et suis heredibus date, Consulibus predictae nostre Ciuitatis prius fuerint restitute et a debitis, quibus eisdem consules ceterique Ciues nostre Ciuitatis obligantur, omnino a dictis de Anggermunde liberj et solutj dimittantur. Datum Gustow, Anno Domini M^o. CCC^o. VII^o. In vigilia beati Valentinj Martiris.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXVII. Markgraf Woldemar bestallt Münzmeister zu Prenzlau und verordnet, wie die Münze ausgeprägt, auß- und eingewechselt und gegen Verderb geschügt werden soll, am 14. Juni 1309.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, recognoscimus et ad uniuersorum noticiam Tenore presentium volumus pervenire, Quod fidelibus nostris Nicolao de Berlyn dicto et Johanni de Ergerstede monetam nostram in Prinzlav, cum dies et terminus Heyfsonis de Ergerstede et suorum amicorum expiravit, qui expirabit a festo beati Jacobi nunc proxime affuturo ad annum integrum, vltius predictis ab ipso festo beati Jacobi ad triennium contulimus pacifice possidendam et ulterius predictis contulimus et committimus ipsam monetam vltra ad spacium trium annorum immediate subsequencium, quos quidem annos a Nicolao dicto de Tzerueft et a Ludolfo seniore, monetario in prinzlav, suis denariis compararunt predictis denuo contulimus ipsam monetam per sex annorum spacium continue subsequentium, quiete et pacifice possidendam. Item predictis monetam nostram in prinzlav commisimus, locauimus et contulimus per septem annorum spacium immediate subsequencium et continue decurrencium pacifice possidendam, regendam et gubernandam. Seruabunt autem ipsam monetam in omnibus, prout hactenus est seruata, videlicet, quod queuis marca persistat alba et pura per vnus lotonis et quatuor denariorum depositionem, Et viginti octo solidi cum quatuor denariis marcam in pondere retinere. Et noui denarij debent exire octauo die ante festum beati Jacobi apostoli et veteres prohiberi et per circulum ipsius anni non licebit quempiam aliquid emere denariis cum antiquis. Si vero varam adhibere volumus denariis ipsorum, hoc non licebit fieri, nisi in dictorum monetariorum fabrica aut apud campfores eorundem. Et si alibi, quam apud predictos monetarios vel quam apud ipsorum campfores falsi denarii inuenti fuerint, pro huiusmodi excessibus iam dicti monetarij non tenebuntur vllatenus respondere: et si fortassis vnus eorum excefferit in moneta, hic solus pro talibus respondebit excessibus et immunis erit alter, et excessor emendabit excessus secundum iuris consuetudinem a nostris progenitoribus observatam. Preterea nulli licebit purificare comburendo denarios in terra nostra aut eciam aduotione argentum examinare nisi cum dictorum nostrorum monetariorum omnimoda voluntate. Verumptamen aurifaber poterit licite comburere argentum pro necessitate sui operis seu operationis et non magis. Inhibemus eciam sub pena rerum et corporis tam cristianis quam iudeis, ne quis denarios graves aut leues eligat, per hanc liberam seu instrumentum, quod Seggher dicimus vel per aliud qualecunque. Statuimus eciam, quod quicumque illum deprehenderit talia committentem, quod hic quartam tollet partem de emenda excessoris, et ciuitas, in qua de-

prehenfus fuerit quartam partem, et nos dimidiam partem nostris vſibus referuamus. Insuper adicimus, quod ſi gwerra inter nos et noſtrum patrum Marchionem Johanneſem, quod abſit, contingeret in prefato termino, ita quod prememorati monetarij notorie ſua negocia peragere non valerent; Ex tunc ipſis tantum temporis dabimus, quantum gwerris noſtris agitantibus neglexerint. Preterea ſi aliqui monetariorum noſtrorum iam ſepius predictorum debita carnis exfoluerent ante terminum prefatum ſive in prefato termino, heredes uel amici ſui propinquiores loco ſue ad dictam monetam ponentur et eiſdem conferetur, et ſervabunt eam cum alio remanente ad terminum ſuperius prenotatum, volentes cum hoc, ne quis eiſdem varam inferre preſumat, preterquam de noſtro iuſſu ſpeciali et mandato. Quicumque vero aliter fecerit, pena qua puniendi eſſent ipſi, hic utique punietur. Adicimus eciam, quod in uniuerſis terris noſtris Brandenburgeniſibus debent fieri denarii et Emptio et venditio cum eiſdem. Insuper ſi aliqui inuenti fuerint, que graves elegerunt denarios, quorum denariorum viginti et ſex ſolidi ponderant vnam marcā, ſeu aliqui, qui forte leues elegerunt, quorum triginta ſolidi ponderant vnam marcā, de illis ſimilis forma ſeruabitur, que de hiis, que cum instrumento, quod Seggher dicitur, graues uel leues denarios elegerunt, vt ſuperius in prehabitis eſt conſcriptum. Adicimus eciam premiſſis, quod quicumque uel quecumque Ciuitates impediverint nouos ire denarios, ante feſtum beati Jacobi Apoſtoli videlicet octavo die, illum ſive illas occupare tenebimur pignorum captione. Preterea adicimus ſupradictis, quam diu gwerra inter nos et noſtrum patrum Marchionem Johannem, ſi, quod abſit, contingeret, agigaretur, Ita videlicet quod dicti monetarii non poſſent pre gwerre periculo ſua negocia exercere, tam diu de moneta nullam penſionem penitus erogabunt. In omnium ſiquidem predictorum euidentiam pleniorē preſentes litteras fecimus conſcribi et figilli noſtri appenſione communiri, adhibitis Teſtibus ydoneis, quorum nomina ſunt hec, ſcilicet Dominus Johannes de Blankenborch, Dominus Hinricus et Hennigus de Stegheliz et Dominus Nicolaus de Buck milites, et Dominus Hinricus prepoſitus in Gramzoy, et quamplures Alij teſtimonio fidei decorati. Actum et datum in Nouo Angermund, Anno Domini milleſimo Trecentefimo nono, in vigilia beatorum Viti et Modeſtj.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

XXVIII. Biſchof Arnold von Havelberg ertheilt zu dem heil. Kreuzaltare und zum Bau der Marienkirche in Preuzlau einen Ablaß, am 9. Juni 1310.

Arnoldus, Dei gratia Havelbergenſis Eccleſie Episcopus, uniuerſis Sancte matris Eccleſie filiis, ad quos preſentes pervenerint, ſalutem in omnium Salvatore. Inter cunctas noſtri paſtoralis officij ſollicitudines minima non exiſtit, ut fideles Criſti ad opera pietatis et miſericordie, indulgentiis et remiſſionibus invitemus. Omnibus igitur vere Penitentibus, Confelliſ et Contritis, qui quacunq; Sancte Crucis reliquias in Eccleſia Sancte Marie virginis in Premzlavia reconditas, devotis obſequiis venerantur, ſuaque gratia elemoſinarum ſubſidia de bonis ſibi a deo collatis ad ſtructuram ejuſdem Eccleſie fuerint elargiti, quadraginta dierum indulgentiarum et unam karenam de omnipotentis Dei confiſi miſericordia, de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer in domino relaxamus,

dummodo Consensus Dyocesani ad id accesserit Specialis. Datum Brandenborch, anno Domini MCCCX, Feria tertia Pentecostes.

Aus einem Copialbuche.

XXIX. Friedrich, Bischof von Brandenburg, verleiht den Wohlthättern der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablass, am 23. September 1310.

Fridericus, Dei gracia Brandenburgensis ecclesie episcopus, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Inclita sanctorum gaudia quolibet fideles Christi suis assequi meritis minime dubitamus, Qui per digne sue devocionis merita et obsequia ipsorum sanctorum patrocinia promerentur. Nos igitur ad assequenda dicta gaudia dare causam Christi fidelibus cupientes, omnibus corde contritis et vere confessis, qui in die dedicationis altaris de nouo ad honorem sancte crucis in Ecclesia Beate Marie virginis parochiali ciuitatis Premzlawe Caminenis dyocesis constructi, in quatuor festiuitatibus Domini, videlicet natiuitatis, pasche, Ascensionis et penthecostes ac in quatuor festis beate Marie virginis gloriose et in die Sancte crucis dictum altare deuocionis causa visitauerint, diuine propiciacionis gratiam inuocando, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius meritis et auctoritate confisi quadraginta dies indulgencie cum vna karena de iniunctis sibi penitenciis, dummodo ad id dyocesani consensus accedat, misericorditer in Domino relaxamus. Datum Magdeburgh, Anno Domini Millesimo trecentesimo decimo, nono kalendarum octobris, Pontificatus nostri Anno septimo.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXX. Burchard, Erzbischof zu Magdeburg, verleiht den Wohlthättern der Marienkirche zu Prenzlau einen Ablass, am 23. September 1310.

Borchardus, dei gratia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Inclita sanctorum gaudia quolibet fideles Christi suis assequi meritis minime dubitamus, qui per digne sue devotionis obsequia ipsorum sanctorum patrocinia promerentur. Nos igitur ad dicta assequenda gaudia dare causam Christi fidelibus cupientes, Omnibus corde contritis et vere confessis, qui in die dedicationis altaris de nouo ad honorem sancte crucis in Ecclesia beate Marie virginis Parochialis Ciuitatis Premzlawe Caminenis dyocesis constructi, In summis quatuor festiuitatibus

domini videlicet Natiuitatis, Pasche, ascensionis et Pentecostes, ac in quatuor festis beate marie Virginis gloriose et in die Sancte crucis dictum altare deuocionis causa uisitauerint diuine propiciacionis gratiam inuocando, De omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et auctoritate consili Quadraginta dies indulgencie de iniunctis sibi penitenciis, dummodo ad id dyocesani consensus accedat, misericorditer in domino relaxamus. Datum Magdeburg, anno domini Millefimo Trecentesimo Decimo, IX Kalendarum Octobris, Pontificatus nostri anno Tertio.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXXI. Die Markgrafen Woldemar und Johann vergleichen sich mit der Stadt Breslau über die Lehnbede, am 12. April 1311.

Wye Woldemar vnd Johann, von der Gnade Gottes Margkgreuen tu Brandenborch, tu Lusitze vnd tu Landeszberg, bekennenn vnde betugen inn desseme Breue, dat wye mit eyne endrechtghem rade vnser wisesten Manne hebben vnser truwen Borgeren von Prentzlow vorkofft die Lyenbede ouer all ere guth, dat herna beschreuen styt, jo dat stück vor dre Virdinge Brandenborges Suluers vnd gewichts. Also dat wy, noch neghen vnser ernamen, die na vns kamen, van en vnde von eren ernamen seel eylchen oder nehmen emigherleye Bede oder Dienst von eren Lyengude, wo man sye möghe nōmen. Wolde och erer eynnich sein gut vorkopen, Sweme hye dat vorkoffte, deme vnd finen ernamen scolle wy vnde willen die seluen friheit geweren vnde beholden, als in dessen Breue is bescreuen. Dit sind dye Borgere, dy Lyengut hebben vnd gekofft, Mentze Schulte hefft Vif vnde Virtech stücke, Hinric von Bilzmarcke Sesteyndehalf stücke, Ebel muntmeister Vif vnde twintich stücke, Henrich von Bertekow Dretech stücke, Gehrcke von Huterzog vnde sine Brodere Heinrich, Claus vndt Koneke, seuen stücke vnd Achte schillinge, Ebele von Drense dre stücke vnd Vir schillinge, Johannes Robe Vertech stück vnd ein half stück, Matthewes von Haghene Vier stücken, Gerhard Dines Virdehalf stücken, Henrich Taber Vier vnde twintig stücke, Heyso Müntmeister Drettich stücke, Hinrich Schriuer vnd sine Bröder Meynke, Arnold vnd Johannes Druttechste half stücke, Henso Buch Acht stücke, Henrich Lindwantsehnider twe stücke vnd sefz schepel, Herman von Kyrow vnd Johannes, sin Broder, Vir vnd twintig schillinghe, Johannes vnd Bedeke Schulten neghen stücke vnd sefz schillinghe, Peter von Nygendorpe Vertech stück, Johannes vnd Henrich Halvepape Vief vnd Vierteg stücke, sefz schillinge myn, Thiedeke Scadelow Verteyn stück vnd seuen schillinge, Henrich vnd Claws von Sehufen twölff stücke, Segher von Strvs Virteyn stücke, Henningh von Penkun sefz stücke, Frederich von Troppenstede neghen vnde Viertich stücke vnd sefz schillinge, Johannes von strvs Virteyn stücke, Claws von Dicke Sefztein stücke, Goteke Kruken vnde sine Brodere, Johans vnd Jacob, Negen stück, Betheke von Brunne vnd seine Vederen Johannes vnd Hinrich teyn stücke vnde Vier schillinge, Johannes vnd Hinrich von

Perleberge dretteyn stücke vnnde feuen schillinge, Pawl von Blingow Ver stücke vnnd sefz schillinge, Henning, hese vnd Stephan von Stendal eluen stücke. Vortmer Kofte ennich Borgher uon demselben dage Lehngut, dye scal geuen vns jo vor dat stücke drei Virdinghe vnde scal behalten dyselue Vryheyt, dy hirvor beschreuen steyt. Och vorbinde wye vns des, wanne Marcgreue Johann, vnse Schwager, tu sinen Jahren Kumbt, dat hy desse vorbechreuen dingk scall stede ewichlich holden vnd gantz vnden schal der nicht breken vnd scal och dessen Brief mit sinem Insegele befehlen, vppe dat dit eweliken gantz vnde vast bliue. Darvp so hebben wyr dessen Brief gegeuen, befeget mit vnsem Insegel. Desser Ding sind Thughe Greue Buffo von Lindow, Greue Günther von Keuernberghe, Her henning vnde Hinrich von Stegelitz, Her Droyfke, Her Hinrich, de Prouest von Grantzoy, Her Everhart, dye Prouest von Stolpe vnde Herr Sloteke vnd vort mer Lüde viel, den me wol gelouen mach. Desse Brief izz gegeuen in Spandow, na der Bort Gades dusent Jar drehundert Jhar in dem Elften Jhare, in den helgen dagen tu Paschen.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31. Blatt 32—35.

XXXII. Markgraf Woldemar vereignet der Kapelle St. Johannis zu Prenzlau aus der Münze daselbst jährlich 10 Talente und widmet den Kirchhof dieser Kapelle dem Begräbnisse hilfloser Fremden, am 15. April 1311.

Ad geste rei memoriam sempiternam summe necessaria dignoscitur ejus descriptio, ne posteri obliuione moti denegare valeant maturo priorum consilio stabilita. Hinc est, quod Nos Woldemarus, de j. gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landeshberg Marchio Tutorque illustris Johannis, Marchionis Brandenburgensis, tam presentibus quam posteris per presentis scripti seriem volumus esse notum, quod sincero affectantes desiderio, vt cultus Diuinus vberior et diffusior habeatur dedimus et damus, donauimus et per presentes literas liberaliter donamus Dilectis nostris Burgenfibus Civitatis Prymzlau vniuersis ob honorem Jehu Christi et beate Marie Genitricis eius et in remissionem nostrorum peccaminum piamque memoriam nostrorum progenitorum, proprietatem decem Talentorum Brandenburgensium ex moneta eiusdem Ciuitatis, que ad nos nostrosque heredes vel successores pertinere dignoscitur, annis singulis colligendorum et ad Capellam ibidem in Ciuitate in platea preconis dicta structam atque in honorem beatorum Johannis Baptiste et Johannis Evangeliste dedicatam, intra cuius capelle cymitery septa corpora vniuersorum funerum exulancium inibi ex nunc tumulari debebunt iugiter habendorum perpetuis temporibus duraturam. Etiam si continget tempore procedente dictam monetam, quod absit, pretio aut casu aliquo variari, nichilominus tamen ex eadem moneta dicte Capelle et Sacerdoti eam officianti in dicte summa pecunie volumus annis singulis vt promissum est vtique prouideri. Premillis siquidem est adiectum, quod honesti viri Segerus et Johannes, de Strez dicti, conciuces dicte ciuitatis Prymzlawe vel duo de Eorum heredibus Seniores ipsis non extantibus coram duobus senioribus de numero Consulum Ciuitatis eiusdem, de nostra indulgione dictam Capellam, quando vacabit, statim infra

triduum post, vnanimiter tamquam legitimi Collatores conferre tenebuntur Sacerdoti ydoneo, qui quidem scolaris sibi ad eius executionem officij cooperantis dumtaxat laboribus respondebit. Predicti quoque Ciues Nobis in recompensam dicte proprietatis rite per Nos tradite et indulte septuaginta marcas Brandenburgensis argenti et ponderis in numerata pecunia dederunt, de quibus ipsos omnino quietos et solutos dicimus literas per presentes, quas quidem dictus Marchio Johannes, cuius tutelam gerimus, pro maiori cautela sui sigilli confirmabit patrociniis nostra eciam ex ordinatione, cum primum ad annos pervenerit etati legitime deputatos. Ne autem huiusmodi nostra donatio queat a nostris heredibus aut successoribus in posterum aliquo modo immutari, presentia scripta, desuper confecta confirmavimus ex certa scientia nostro sigillo presentibus nostris fidelibus videlicet Borchardo de Lyndowe et Gunthero de Keuernberg comitibus, Henningo de Stegeliz et Henrico, Theodoro de Kercowe, Henrico preposito in Grandzoy, Segero de Gardelegen, Slothekino, Theodoro preposito in Jagowe, Nicolao preposito in Snakenborch, et alijs quampluribus fide dignis. Actum et datum in Spandowe, Anno domini M^o. CCC^o. vndecimo, feria V In festo Pasche.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXXIII. Johann, Bischof von Havelberg, verschreibt denen, welche dem Pfarrer zu Prenzlau folgen, wenn er das Sacrament zu den Kranken trägt, einen Ablass, am 17. September 1312.

Johannes, Dei Gratia Havelbergenfis Ecclesie Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus presentia visuris seu auditoris salutem in Domino sempiternam. Cum nostra interfit, populum Dominicum ad Zelum deuotionis allicere et fideles quoslibet ad pietatis opera et salutis viam salubriter adhortari; Nos de omnipotentis Dei clemencia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum meritis confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui sacerdotem Ecclesie parrochialis beate Virginis in Premzelaw, Corpus Christi ad infirmum quocienscunque deferentem cum deuotione congrua et reuerencia debita fuerint infecuti, ac pro ipso infirmo et omnibus viuis nec non defunctis fidelibus potissimum in dicte Ecclesie cymeterio quiescentibus fuderint decenter Domino preces suas, quadraginta dies de iniuncta eis penitencia, dummodo consensus Dyocefani accedat, misericorditer in Domino relaxamus. Datum Premzelaw, Anno Dominij M^o. CCC^o. XII^o. XV Kalendarum octobris.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXXIV. Markgraf Woldemar befundet, daß die Bürger Prenzlau's ihm eine Hülfe bewilligt haben, was ihrer Freiheit unschädlich sein soll, am 14. Januar 1313.

Wie Woldemar, van Gottes Gnaden Marggreue to Brandenburg, to Lufitz vnd to Landesberg, Bekennen vnd betügen in desen gegenwardigen Brieue, dat vns vnse truve Burghere von Prymslawe vnd ere rechte Erfnamen tu Helpe hebben gheven tu vnfen Schulden, den wie nicht dun kunden ane ere Hülpe, vonn deme harde Stücke einnen Vierding Silvers, vonn erme Pluchwerk vnde von all erme Gudt, dat die von vns vnde von anderen Herren hebben, vnd seolen dese vorbenumede Bede vnd Hülpe, die vns vnse vorbenumede Burghere mit gudem Willen nu hebben gewen, wie vnd vnse Erfnamen nimmermehr eschen, noch annuden, welckerhande Not vns antrede. Were ouch, dat jenich Herre, dar dese vorbenumede vnse Burghere Gud afhebben, sie thien wolde vp alsülke Bede, also sie vns gewen hebben, oder vp jeniger Handt Bede, der sie nicht pflichtech sin to gevende, dat seolen wie en helpen, dat des nicht enschee. Dese Bede vnd dese Brieue scholen ninen Brieven hinderen, die wie en vore hebben geven, beide vppe Leen-Bede vnd vp Erf-Bede. Dat wie vnd vnse Erfnamen dit stede vnd vast holden seollen, dat hebbe wie vnfen vorbenumeden Burghern en truen gelovet, vnd hebben diese Brive darvp gegeben, besegelt mit vnsem Insegele. Dat is gescheen tu Livenwalde, na der bort godes dusent Jar, driehundert Jar, in deme drittegenden Jare, an sunte Felix Dage.

Aus einem Copialbuche und Sect's Gesch. I., S. 167.

XXXV. Markgraf Johannes befundet, daß ihm die Stadt Prenzlau für den Fall des erblosen Abganges des Markgrafen Woldemar gehuldigt, und verspricht, sie bei ihren Freiheiten zu lassen, am 15. September 1314.

Wir Johann, von der gnaden gotes to Brandenburg vnd tv lufiz margraue, bekennen vnd betughen in dissen jegenwardigen briuen, Dat vns die Erbern lude, Scepen, Ratmanne vnd ander ghemene burgher in der stat tv Primzlaw, hebben ghehuldet aldus, ob vnfes liuen swagers, des Edelen vorstem margraue Woldemares, des got nicht en wille, ane leem Eruen to kort worde, dat si den seollen vnd ere stat an vns vellen. Des bekenne wie oek sunderlicke, Swenne dat ghesicht, so seol wie sie bescermen vnd heghen, vnd bi fulken rechte vnd vriheit laten, beide an leen gude vnd an flote, als si mit iren briuen vnd hantueften bewisen moghen, die en von deme Edelen Vorsten des vorbenumden Margraue Woldemares vnfes Swagers vnd von sinen Eldern ghegeuen sin. Tu eimen orkunde alle desser dinghe, so hebbe wie mit der witseft vnser truen lude, hern hinrikes vnd vnderickes von Aluenfleue vnd hern Hinrickes Sceenken vnd herr lodewighes von Wanzleue vnd herr Droyfekens disse briue ghegeuen mit vnfen Insigel besigilt, noch godes bort Dusent jar Driehundert jar in deme vierteinden jare, vp deme Werbeline, des achten daghes vnser vrowen natiuuitatis.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXXVI. Markgraf Woldemar verordnet, daß zu Prenzlau Schafe, welche die Bürger besitzen, außerhalb der Stadt zum Erbe, innerhalb der Stadt zum Radelehn gerechnet werden sollen, am 16. Februar 1315.

Ad memoriam rei geste sempiternam, Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lusatie et de Landsberg Marchio, recognoscimus protestando, Quod nostri ciues ciuitatis Prymzlaw hoc jus pro certo et perpetuo habere debent, Quod oues, quas in villis et in rure extra ciuitatem habuerint, bonum hereditatis aut hereditas esse et debeat nuncupari, et oues, quas in ciuitate habuerint, Radelene hoc quod a vulgo nominatur: Dantes presentem in hujus euidentiam figilli nostri forma communitam. Datum Primzlaw, Anno Domini M^o. CCC^o. XV^o. in Dominica Reminiscere.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXXVII. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Prenzlau für Kriegsschulden einen Antheil am Uferwalde, am 2. März 1316.

Nouerint uniuersi, Quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Anno Domini Millefimo Tricentesimo Sextodecimo feria III. post Dominicam Inuocauit proxima, habita racione cum fidelibus nostris Ciuibus Consulibus ciuitatis premslaw presentibus nobilibus uiris Dominis Hermanno de Barboy, Gunthero Comite de Keuernberg, Henrico Decano Ecclesie Steindalienfis, Heinricho et Henningho de Stegelliz, Griefkone, Thiderico de Kerkow, Tzabello de Badello, Bernhardo de Holzendorp, nostris fidelibus militibus, et Conr. Papen aduocato omnibus siquidem hinc inde computatis mansimus predictis Consulibus et ciuibus In quadringentis et quinquaginta Talentis Brandenburgensium Denariorum obligati, uidelicet in Centum Talentis, que perdiderunt in equis in nostris feruitiis prope Woldeke habitis et in centum et quinquaginta Talentis eiusdem monete in equis, quos nobis acquiuerunt, et in ducentis Talentis In quitatione pignorum nostrorum stipendiariorum de Reno. Proinde ipsis assignauimus et per presentes literas assignamus Sexaginta jugera Lignorum in nostro vkerensi nemore pro eorum commodo bene mensurata, quolibet Jugere ad septem Talenta et Decem solidos computato, Gurgitibus et paludibus exclusis, si que sint in Jugeribus ipsis mensuratis, In quibus si defectum paciuntur alias ibidem in Nemore suppleri pro Eorum beneplacito vtique faciemus. Predicta quoque ligna secare debent a Dato presencium vel vendere per sex annos in antea continue computandos. Ad huiusmodi etiam ligna prenotati Ciues vnum tenere debent famulum, qui ea custodiat, Illumque tamquam nostrum proprium famulum ne ipsi Ciues in talibus lignis dampna capiant defendere volumus et tueri. Hec quoque ligna vbi terminantur signata debent esse nostris arboribus sectis, que scalbome dicuntur vulgariter, ita quod ipsorum ciuium ligna nostris arboribus sic notatis sint circumdata et distincta. Et si contingat, quod aliquis famulorum predictorum Ciuium Ex negligentia vel alio modo quocumque medio tempore

aliquam nostrarum arborum secuerit, Inde Ciues nullam penam penitus paciantur, sed pro tali facta vnam arborem De suis lignis equiualem pro nostris vibus stare permittent. Insuper ipsi Ciues in Eorum lignis impignorare possunt et eorum Custos sicut nos aut noster Custos in nostris Et Emendam pro modo Excessus in Eorum lignis faciendam Nos vna cum predictis Ciibus equanimiter forcemur. Et ne super hiis omnibus premillis alicui dubium suboriri in posterum possit, presentes literas desuper scribi iussimus et nostro sigillo communiri. Actum et Datum loco, Anno et Die predictis presentibus Testibus suprascriptis.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XXXVIII. Arnold von Kalen und seine Brüder vermachen dem Jungfern-Kloster zu Prenzlau
50 Pfund Brandenburgischer Pfennige unter Bestätigung des Bischofs Courad von Camin,
am 12. März 1316.

In nomine domini amen. Ab humana memoria facilius elabatur, quod nec viue uocis testimonio nec instrumentorum auctenticorum roboratur fulcimento. Hinc est, quod nos Lucia abbatisa, Margarita priorissa, Katherina cameraria, conegunt cellaria, totusque conuentus sanctimonialium in Prinzlavia presentibus ac posteris presencia uisuris, aut quomodolibet aliter percepturis, Tenore presentium uolumus esse notum. Quod cum viri venerabiles ac Christo Deo deuoti dominus arnoldi sacerdos, dictus de Kalen, ac Johannes frater eius dictus brabant cuius Printslawienfis, necnon Margarita uxor eius zelo dei ducti inopie nostre consulere satagentes ac anime sue saluti prouidere cupientes elemosine nomine, nobis quinquaginta talenta brandenburgensium denariorum erogarent, nos Deuocionibus eorundem vicissitudinem uolentes rependere salutarem, ipsis participacionem bonorum omnium, que per nos filius dei dignabitur operari, concedimus, tam in vita quam in morte. Hoc addentes, quod prima missa, perpetuis temporibus in ecclesia nostra celebranda pro salute utriusque hominis predictorum celebretur, ita dumtaxat, quod diebus dominicis de sancta trinitate, feriis sextis de sancta cruce, Sabbatis autem de uirgine gloriosa, ceteris uero diebus per ebdomadam pro defunctis et proxime pro progenitoribus predictorum, si fieri potest, missa cantetur uel legetur dominum arnoldum sacerdotem per predictum. Et quoniam habundans cautela non nocet, dominus arnoldus et Johannes predicti disensionem precauentes in antea oriture nobis consencientibus de predictis bonis mobilibus ac immobilibus decem talenta brandenburgensium Monete sibi poterunt reseruare nomine testamenti, pauperibus eroganda tempore mortis uel alias pro sue dispositione uoluntatis. Si uero dictum Johannem debitum uniuerse carnis, persoluere prius contingerit, dictus Dominus Arnoldus sacerdos ex vi presentis renunciacionis coram scabinis printslawensibus iam nunc facta tam in dictis quinquaginta talentis, quam in bonis aliis mobilibus ac immobilibus dicti Johannis fratris eius, nichil repeticionis, nichil accionis, nichil iuris cuiuscunque penitus obtinebit; in duobus autem talentis Monete brandenburgensium in festo Sancti martini singulis annis et in victualibus necessariis eidem domino arnoldo, quoad uixerit, erimus prouisura, quemadmodum preposito nostro, qui est aut secundum tempus erit.

Si vero dictus dominus arnoldus, egritudine aut alia quacunq̄ue causa rationabili deficeret, quo minus dictam primam missam cantare uel legere non ualeret, per nos alius substituetur loco sui, dicta eciam duo talenta sibi per nos nequaquam subtrahentur, immo sine qualibet contradiccione, seu prorogacione, tempore quo premittitur, persoluentur. Cui eciam concedimus de suis sumptibus mansionem edificare conuenibilem in Septis ecclesie nostre, pro nostre ac sue disposicione uoluntatis. In quorum evidentiam sigillum uenerabilis domini ecclesie Caminensis episcopi, ac Johannis, Prepositi gramzowensis vna cum sigillo nostro presentibus est appensum. Datum et actum in Printslauia, Anno domini M^o. CCC^o. XVI^o. in die beati gregorii Pape, presentibus uiris ydoneis et honestis.

Nos ergo Conradus, dei gracia caminensis ecclesie episcopus, omnia supra dicta iuste ac deifice ordinata pensantes, ipsa auctoritate nostra, cum testimonio appensionis nostri sigilli in Domino confirmamus.

Nach Bestmann's Abschrift des Originals.

XXXIX. Markgraf Woldemar vereignet Bürgern zu Prenzlau Gebungen zu einer Altarstiftung, am 25. Mai 1319.

In nomine domini Amen. Nos Woldemarus, dei Gratia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, tam presentibus quam posteris per presentis scripti seriem volumus esse notum, quod sincero affectantes desiderio, ut cultus diuini uberior et diffusior habeatur, dedimus et damus, donauimus et per presentes literas liberaliter donamus dilectis nostris burgenfibus Civitatis nostre Prymzlau, uidelicet Conrado, Henningo, Nicolao et Gherhardo filijs Henrici dicti de Byfmarke, nec non Henrico et Henningo, filijs Eykonis de Brunfswigo, et ipsorum Heredibus, ob honorem Jesu Christi et beate Marie genetricis ejus et in remissionem nostrorum peccaminum piamque memoriam nostrorum progenitorum, proprietatem Sex talentorum et quinque solidorum et duorum chororum demidijque chori quadruplicis amone ad altare edificatum in Ecclesia sancti Jacobi Apostoli dicte civitatis atque in honorem beati Bartholomei apostoli dedicatum, perpetuis temporibus duraturam. Que quidem sex talenta minus duobus solidis recipientur et tollentur in censu mansorum civitatis Primzlau sepe dicte et annona predicta cum septem residuis solidis in civitate Strazeborch, etiam ex censu mansorum, Premissis siquidem est adiectum, quod senior heres dicti Henrici de Bismark ipsum altare dum vacabit conferat una vice et senior heres Eykonis alia vice infra mensem a tempore vacationis, sacerdoti ydoneo uel scolari cupienti ad ordines promoveri. Volentes hanc collationem altaris predicti sub conditionibus predictis, perpetuo permanere, quamdiu aliquis de ipsorum exstitit parentela. Deficiente vero parentela dictorum civium; tunc senior de duabus senioribus consulum, qui tunc temporis mansint in consilio, predictum altare dum vacabit, conferat licite ut patronus. Forma vero officandi ipsum altare, assensu cummuni hec est instituta. In secunda, quarta et sexta feria missa debet legi pro defunctis et haberi memoria clam ut palam omnium benefactorum, qui ad idem altare dotandum, dedicandum seu officandum

suum pium tribuunt assensum. Die autem dominica, tertia et quarta feria ac sabbato legi debet talis missa, ut requisierit diei sollempnitas, nisi plebanus uel gerens vicem suam missam sibi deposceret congruentem. His quatuor diebus, tunc illam Sacerdos officians idem altare dicere debet omni contradictione cessante. Et ut premissa maneant, et eorum quodlibet temporibus perpetuis incommota persistant, Hanc literam exinde confectam, nostri sigilli robore dari iussimus communitam. Presentibus Nobili viro Gunthero Comite de Kevernberg, Johanne de Blankenborch, Droysecone, Dapiferis, Heinrico de Stegelitz, Henningo de Ecstede, Grifecone, Petro de Pomerania, Hassone et Wedegone ac Lodewico de Wedele, Thiderico de Kerkow, Anselmo de Blankenborch, Heinrico de Schenkendorppe, Conrado et Alberto de Clepezk, militibus nostris, Everardo preposito Berlinensi et H. de Luchowe Canonico Ecclesie quondam ad galathas nunc autem Lubusane, Capellanis nostris, et alijs fidedignis. Actum et datum in Nova Angermunde, Anno dominice incarnationis Millefimo trecentesimo, decimo nono, Festo sancti Urbani Martyris atque Pontificis.

Sect's Gesch. I, Urk.-Anh. S. 169 No. 16.

XL. Die Stadt Neubrandenburg verbürgt sich für dasjenige, was der Herzog von Mecklenburg den Städten des Uferlandes zugesagt hat, am 29. September 1319.

Omnibus, ad quos prefens scriptem pervenerit, Consules et commune Civitatis Nove Brandenburg salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus publice per presentes et constare volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos matura deliberatione et sano consilio prehabitis pro omnibus et singulis articulis, inter nobilem Virum Dominum nostrum reverendissimum, Dominum Heinricum Magnopolensem ex una, et civitates Prentzlaw, Posewalek, Tzweth, Angermünde, Oderberghe, Cedenick, Vorsttenberghe, Templin, Vorsttenwerdere, Straceborgh et Jaghowe ac omnes vasallos in tribus Advocatiis, videlicet Stolp, Jagow et Leuenwolde constitutos, parte ex altera placitatis, pro quibus quidem Dominus noster Magnopolenis et sui undecim Vasalli promiserunt fide prestita, prout in literis ejusdem domini nostri Magnopolenis inde confectis expressius continetur, verbis nostris promittimus assercens et stamus predictis Tenore presentium obligati. In cujus Testimonium Sigillum Civitatis nostre presentibus duximus apponendum. Datum Woldegecke, Anno domini MCCC. decimo nono, In die beati Michaelis Archangeli.

Sect's Gesch. I, Urk.-Anh. S. 171 No. 17.

XLI. Bischof Johann ertheilt den Wohlthätern der Pfarrkirchen Prenzlau's einen Ablass,
am 2. April 1320.

Vniuersis Cristi fidelibus presens scriptum intuentibus Nos frater Johannes, dei gratia Episcopus ecclesie Sambyensis, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Volentes laudem summi creatoris ampliare, ac salutem animarum in quantum cum ipso adiutorio possunt promouere, omnibus vere penitentibus contritis et confessis, qui ecclesiam parrochiam beate Marie virginis et patrone in primzlaw, filias quoque dicte ecclesie adherentes videlicet ecclesiam beati Jacobi, ecclesiam beati Nicholai, ecclesiam beati Johannis baptiste, ecclesiam beati Georgij extra muros et ecclesiam sancti spiritus in festiuitatibus infra scriptis scilicet dominice resurrectionis, ascensionis, penthecosten, natiuitatis Christi, in III^{or} festiuitatibus beate marie virginis, in festiuitatibus Petri et pauli et aliorum omnium apostolorum, in festo Marie magdalene, in festo beati Nicolai et beate Katherine Virginis, beati laurentij, in festis sancte crucis, item beati Johannis baptiste in natiuitate et decollatione et in anniuersario dedicationum ecclesiarum et altarium, cum oblationibus devote visitauerint, ac ecclesiis memoratis manus adiutrices porrexerint, hijs quoque, qui cimiteria dictarum ecclesiarum cum deuotione et reuerentia circueuerint, pro animabus omnium fidelium defunctorum fideliter supplicando, XL dies, hijs quoque, qui corpus dominicum, cum ad infirmum portari contigerit, cum deuotione insecuti fuerint, V dies indulgentiarum de iniuncta eis penitentia dummodo dyocesani accedat confirmatio in domino misericorditer relaxamus. Actum et datum Primzlaw, Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. die quarta infra octauas resurrectionis domini nostri Jesu Christi.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XLII. Conrad, Bischof von Camin, bestätigt dem Nonnenkloster St. Sabini den Besitz der
Pfarrkirchen Prenzlau's, am 9. Juli 1320.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Religiosam vitam ducentibus humanum conuenit adesse presidium, ne temporalium refectione subtracta sancta Religio spiritualibus deficiat incrementis. Humane enim inimicus nature callidas insidiarum telas in lacu nostre miserie acuta fraude vbique contexuit ut suis mortalium animas valeat laqueis deputare, ac perpetuis cruciari supplicijs. Sed paternitas diuine clemencie immensa benignitate huic compassa miserie sancte Religionis refugium adinuenit, quo magis nostre carnis puritas seruaretur a hostis antiqui venerosa tendicula rumperetur. Sancta enim et vera Relligio testante scriptura, nequit vnquam occasum accipere, aut defectui subiacere. Sane cum nobis Conrado, dei gracia Camynensis Ecclesie Episcopo, deuote in Christo virgines sanctimoniales, abbatissa, priorissa totusque conuentus sanctimonialium ecclesie sancti sabini nove ciuitatis Prinzwlaw, nostre dyoceseos, priuilegia dominorum ac principum, videlicet domini Barnym, Slaorum Ducis, et dominorum Marchionum Johannis antiqui et Ottonis, do-

naciones, ecclesiarum totius ciuitatis Prinslaw, quantum ad parrochias in dietas moniales factas continencia, Insuper instrumenta Confirmacionum sanctissimi in Christo patris Domini alexandri, pape, et vltimo domini Hermanni, Caminensis Ecclesie Episcopi predecessoris nostri, Deinde nouum donacionis priuilegium domini Henrici, marchionis junioris, cum debita reuerencia obtulissent, nobis humiliter supplicantes, quatenus predictam donacionem dicti domini Henrici, marchionis, confirmare auctoritate ordinaria misericorditer dignaremur, eo quod per plura tempora a primis donacionibus et confirmacionibus propter simplicitatem puellarem dictis ecclesiis caruissent; Nos itaque ipsarum pauperie rite pensata ipsarumque precibus iustis misericorditer inclinati, predictas donaciones, auctoritate beati iohannis baptiste ac nostra, irrefragabiliter in domino confirmamus assignantes dietas ecclesias eis, videlicet beate Virginis, beati Nicolai et beati Jacobi, cum omnibus obuencionibus et iuribus ac facultate mansionem mutandi nunc et perpetuis temporibus feliciter possidendas, Ita tamen, vt iura subiectionis, honores obediencie et seruicia nobis ac nostris successoribus ac predicti loci archydiacono, qui pro tempore fuerint, debite maneant penitus inconcussa. Precipientes in virtute sancte obediencie, ac sub excommunicationis pena, ne quis hominum cuiuscunque dignitatis status aut condicionis existat huic nostre confirmacioni presumat, ausu temerario contraire. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Stetyn, Anno Domini M^o. CCC^o. XX^o., in crastino Kyliani Martyris.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XLIII. Bischof Conrad von Camin verspricht dem Nonnenkloster St. Sabini, nach Beendigung des dem Pfarrer Bromold bewilligten Zeitraumes niemals weder ihm noch einem Andern die Abwesenheit von der Pfarre zu gestatten, am 15. Juli 1320.

Conradus, dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus, dilectis sibi filiabus in Cristo Abbatisse, priorisse totique conuentui sanctimonialium ecclesie sancti Sabini noue ciuitatis Prinslaw, temporalibus auxiliis non destitui et proficere spiritualibus conuenientes, congratulamur vestre sanctitati de gracia per Dominum Marchionem in ecclesia Prentzlaw vobis facta volentes, vobis gratuito nostris adesse presidii, decernentes, quod nullis unquam temporibus finito Domini Uromoldi triennio ipsi aut cuiquam alteri absenciam omnimodo concedamus, Eciam in corporalis possessionis adeptione nostrum habebitis auxilium et fauorem. Datum Grypswalde, Anno domini Millefimo Tricentesimo vicefimo, in festo diuisionis Apostolorum.

Aus Süring's Manuscript.

XLIV. Die Herzöge Otto und Wartislaw verschreiben im Namen des Königs Christoph von Dänemark der Stadt Prenzlan verschiedene Rechte, am 23. August 1320.

Wy Otto vnd Wartislaw, herthogen der Wenden, der Cassuben vnd der Pommeren, Bekennen vnd thugen openbare in dessen Breve, dat wi mit den Rathmannen vnd meinen Burgern der Stad to Premslow hebben gedegedinget von vnfers hern wegen, hern Christopheres, des Königes von Dennenmarken, alle hir na beschreuen steit. Tu deme ersten hebben wie den Burgern gelaten vnd gegeuen de Vryheit vnd den eigendum ober all de mölen, dy to der seluen Stad lieghen, vnd mogen nye molen buwen, so wor id en euen kumt, binnen erer Marke vnd in erer Stadt, alle den egendum vnd de Vryheit von den möhlen de Marggraue hadde. Vortmer scollen se hebben dat ouerste richte in erer Stad vnd darto den Tollen, also en de Marggraue hatte. Vortmer de Juden, de dar binnen wohnen, de scollen sitten vnder de Rathmanne Walt vnd to Burgere Rechte. Vortmer scollen de Rathmann hebben Richte vnde vare ouer de Muntmeistere binnen erer Stadt, vnde de Muntmeistere scolen ere penninge holden by witte vnd by schwere, alle se bi olden Tiden sin gewesen. Vortmer scolen se hebben ene Vlutarcke tuschen Premslow vnd Pafewalek, so wor id en eue kumpt, vnde holt hauen vry darto, alle dicke, alle id en euen kumpt, in der Heyde to dem dorchloue, dar se willen. Vortmer en schal niman inschepen oder utschepen in der Ukere tuschen Premslow vnd Pafewalek mer de Stede beyde. Vortmer scolen wy en gelden ere redelicke schulde, de se bewisen mogen von der Marggrauen wegen, dauor scolen se ere schot oder ere pege inne beholden von Jahre to Jahre, bet die schult vergulden si, vnd wy scolen helpen mit treuen, dat die Riddere vnd de Knechte den meinen Burgern gelden ere sonderlichen Schulde. Vortmer wi scolen in allen dessen Landen nicht buwen, id en sie der Rathmanne wille von dessen vorbenomenden Steden. Wie scolen ok en holden alle recht vnd alle Dinck, de se bewisen mögen mit breuen vnd mit hantvesten, vnd ere schot, hundert marck, de se plegen to geuende, schol man nicht verhögen. Vortmer scolen die Borgere tolln vry wesen in dennemarken, Sunder to Scorn vnd to Valsterbode vnd in allen vnser Landen tolln vry in watere vnd in Steden, desuluen Vryheit scolen vnser Burgere hebben zu Premslow, Pafewalek vnd Templin. Vortmer tuschen Premslow vnd Pafewalek scal nen weg mer gan ouer de Ukere vnd ere Korn vnd ere Kopmanschop mögen se vry vtfören, wor se willen, to watere vnd to Lande, vnd de Ukere scolen wi fryen den Bürger vnd gesten bed in dat haff. Vortmer welc Borgere Lehngut hedde von herren, von Riddern oder von Knechten, dat scal man na sinen dode lyen seinen rechten erfnehen mit samender Hand ohne giff. Vortmer scolen alle Riddere vnd alle Knechte to rechte stan vor vnsem Landrichter, vnd alle Borgere scolen to rechte stan in denen Steden vor deme Schulten. Vortmer so wanne en orloge is, dat en schal man nicht versönen, de Stede en sin darinnen gedegedinget, vnd das hus to Nedam dat schal in stan na allen Sönen to der Borger handt. Vortmer scolen sie Lagerholt halen in der Heide wor sie willen, vnd in ere Stad mögen sie leiden, so wann sie willen vnd tu allen Stunden. Vortmer bekennen wi dafs, dat desse vorbenomenden Stede herrn Christophoro, den König zu Dennenmarken, hebben genommen to eneme rechten Vormündere vnd Beschemere vnd vns tuen von finer wegen. Vortmer scole wi einen intogenen man setten dem Lande to einem Vagede. Vortmer worde ein Römes König gekoren, in einer eindrechtigkeit aller der Kohnherren gekoren, vnde einen Vorsten in diese Land Sende to den Steden vnd to den Mannen vnd vns dat bewisede, dat

he beter recht hedde to den Landen, wenne de König von Dennemarken, wi beide oder vnser ein oder vnse erfnahmen; so schal de König vnd wi von diser Vormundschafft laten mit willen. To vorn scal man den vorbenomenden König von Dennenmarken, vns vnde vnse Erfnahmen afnehmen vn gelden alle Kost, schult vndt schaden, de wi vnde de König in der Vormundschap hebben gehat vnd gedragen, de will dat des nicht en seut, so seolen de Stede, de Mann vnd de Landt bi deme Könige von Dennemarken bliuen, bi vns vnd vnser erfnahmen wente de schult, Kost vnde Schade werde gegulden vnde gelegert. Vppe dat de König, wi vnd vnse Erfnahmen alle desse vorbeschreueene Ding ewiglicken, Stede vnde faltholden, des hebbem wi tu dessen Breuen vnse Insiegel gehenget vnd to Borghen gesat vnse Stede, die herna beschreuen stan: Gripswold, Dymin, Tanglin, Stargarden, Stettin, Piritz, Gripenhagen, Garditz vnde Pencun. Desse Breue sind geschreuen vnd gegeben na gades Geburth duzent Jhar drehundert Jhar in deme twintigsten Jhare, in der Stad tu Pasewalek, in Sunte Bartolomeus Auende.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 37-41. Sedl's Gesch. I., Urk.-Abh. S. 173, No. 19.

XLV. Die Stadt Anklam verpflichtet sich dafür, daß die Herzöge von Pommern, Otto und Wartislaw, die Vereinigung mit den Städten Prenzlau, Pasewalk und Templin halten sollen, am 23. August 1320.

Nos Consules et Commune civitatis Tangelin recognoscimus presentibus publice protestando, quod promissimus pro illustribus Dominis Ottone et Wartislao, Ducibus, Dominis nostris et nominatim promittimus per presentes, quod debent omnia et singula inter eos ex una et Consules Civitatem Primslawe, Pofsuuale et Templin parte ex altera placitata, rata et grata inviolabiliter observare, sicut in ipsorum literis continetur. Quod si quidquam de Placitatis alicui civitatum predictarum infringeretur, ob hoc post tempus noticie vel cum ipsi consules nos hoc scire fecerint ad mensum duos de consulibus nostris ad eam mittere debemus civitatem, cui illud non fuerit servatum, eandem nullatenus exeundo, quousque illud amicabiliter et integraliter fuerit reformatum. In cuius veritatem nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Pofsuuale, Anno Domini M^o. CCC^o. XX^o., in vigilia beati Bartholomei.

Aus einem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 36-37. Sedl's Gesch. I., Urk.-Abh. No. 20.

XLVI. Der Rath zu Prenzlau befundet die von den Präbsten zu Gramzow und Pasewalk auf
bischöflichen Befehl erfolgte Einweisung des Nonnenklosters in den Besitz der Pfarrkirchen,
am 14. September 1320.

Anno Domini Millefimo Trecentesimo vicesimo, In die exaltacionis sancte crucis, venerunt
Honorabiles viri, domini Paulus, Gramtzouyensis ecclesie, et Walterus, pozwaleensis
prepositi, post circuitum cimiterij ante inchoacionem summe misse, litteram quondam venerabilis pa-
tris domini Conradi, Caminenfis ecclesie Episcopi, omni populo ostendentes auctoritatem in-
uestiture sanctimonialium nove ciuitatis Printzlaw ad ecclesiam beate virginis et ceterarum eccle-
siarum parochialium dicte ciuitatis, circumscripto domini vromoldi tunc temporis dietarum eccle-
siarum plebani preiudicio, plenius continentem, qui secundum tenorem jam dicte littere, prout tene-
bantur et decuit, processerunt, Abbatissam, priorissam totumque conuentum vna cum preposito mo-
nasterij dietarum sanctimonialium in corporalem possessionem dietarum ecclesiarum canonice ac rite
immittentes, post cessionem aut mortem dicti domini vromoldi omnes obuenciones ac vtilitates
dietarum ecclesiarum in perpetuum decernentes eisdem, impedimenta ac contradictiones quorumlibet
per censuram ecclesiasticam cohercentes. Ad cuius euidentiam Ampliorem, presenti scripto nos con-
sules ciuitatis Printzlaw, nostrum sigillum cum sigillo Honorabilium virorum domini Paulj,
Gramtzouyensis, et domini Walteri, pozwalzenfis prepositorum, duximus Apponendum.
Datum et Actum Prenzlaw, Anno, die et loco supradictis.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

XLVII. Die Markgräfin Agnes mit ihrem Sohne Heinrich bestätigt dem Convente der ehema-
ligen Augustiner-Nonnen zu Prenzlau das Patronat über die Marien-, Jacobi-, Nicolai- und
Sabinen-Kirche daselbst, im Jahre 1320.

In nomine Domini Amen. Ea que humanis actibus rationabiliter statuuntur, ideo littera-
rum efficaci testimonio roborantur, Ne motu temporis a memoria lapsa fidelium litibus viam parent
et nouas suscitent questiones. Nos igitur Agnes, dei gracia marchionissa Brandenburgensis et
de landesberge, ac noster filius dilectus Hinricus, dei gratia Marchio Brandenburgensis,
ad noticiam omnium Christi fidelium cupimus peruenire, Quod relacione multorum nostrorum pro-
borum virorum ac testimonio cognouimus papalium litterarum, Quod conuentus sanctimonialium in
noua ciuitate premflau, ordinis sancti augustini quondam, Nunc autem sancti benedicti, iure pa-
tronatus ecclesiarum, scilicet beate marie virginis, sancti iacobi apostoli, sancti nycolai et sancti sa-
bini eiusdem ciuitatis finistre sit priuatus ac ecclesiis eisdem. Nos vero matura deliberacione pre-
habita nostrorum fidelium militum ac ciuitatum, ob honorem et laudem omnipotentis dei et sue ge-
nitricis marie omniumque sanctorum, ius patronatus cum omni iure suo et appendicijs predictarum
ecclesiarum in premflau predicto conuentui ac dominabus predictis pia mente concedimus per

presentes et donamus perpetuis temporibus possidendum, ut eo liberius possint infestare omnium laudibus creatoris. Ne ergo huius rationabilis collationis et donacionis erroris scrupulus alicui uel nostris successoribus possit suboriri; Nos Agnes predicta literam presentem nostro sigillo iussimus communiri. Sed quia noster dilectus filius Hinricus predictus nunc pro tempore caret sigillo, presentem paginam sigillis ciuitatum Premslau ac Pozewalck et testium subscriptorum rogauit et mandauit roborare. Testes uero huius donacionis sunt: Dominus Hinricus de stege- litz senior, Dominus Iuderus de Seriuertorp, Dominus Conradus de wichmanstorp, Dominus theodericus de kerkow, Dominus hinricus de stegelitz iunior, Dominus dub- laus de eyestede, milites, et dominus hinricus de stegelitz, prepositus in iagow, et Ar- noldus kolene, armiger, Ac consules ciuitatum premslau et Pozewalck et quam plurimi fide digni. Nos uero testes predicti omnia et singula predicta nostris sigillis presentibus appensis profitemur esse uera. Actum et datum anno domini M^o. CCC^o. XX^o.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals und Eck's Gesch. 1., Urk. N^o.h. S. 174, No. 18.

XLVIII. Der Herzöge von Pommern Otto, Wartislaw und Barnim anderweitige Verschreibung für die Stadt Prenzlau, am 24. August 1321.

Wir Otto, Wartislaw vnde Barnym, hertogen der Wenden, der Cassuben vnde Pomerenen von der Gnade Godes, bekennen vnd betugen openbare in dessen Breue, dat wi mit den Rathmannen vnd den meinen Borgern der Stad zu Premslow hebben getheidiget ein- drechtiglicken, alle herna beschreuen steit, vor vns vnd vor vnser Erfnehmen mit rade vnd vollbort vnser wisen Manne. Tho dem ersten mahlen hebben wi laten vnd geuen den Borghern de fry- heit vnde den Eigenthumb ouer de nien Mölen, de se hebben gebuwet binnen erer Stad, bi dem Joden Dorpe vnd de se noch buwen willen herna binnen erer Stad bi dem Joden Dorpe vnd de se noch buwen willen herna binnen erer Marke. Vortmer de Juden, de da binnen wohnen, de scholen sitten vnder der Rathmanne walt vnd tho Borgere rechte. Vorthin scholen de Rathmanne hebben Richte vnd Vare ouer de Muntmestere binnen ere Stad, vnd de Muntmestere scolen ere Pennige holden bi witte vnd bi schwere, alle se sin bi olden Tiden gewesen. Vortmer scolen sie hebben eine Vlutarken twischen Premslow vnde Pasewalck, so wor id en euen kumpt, und holthawen vry dartho alle dicke, alle id en euen kumpt, in der Heyde to Torgelow, dar se willen. Vortmer scal nimand vtschepen odder inschepen twischen Premslow vnde Pasewalck in der V kern, mer die Stedte Beide. Vortmer scolen wie en gelden ere Redeligke schult, de se bewisen mögen, von der Marggrafen wegen: davor scholen sie ere schot edder ere plege inne be- holden von Jahre tu Jhare, bet die schult vergulden sy. Vnd wie scholen darto helpen mit trewen, dat die Riddere vndt Knechte den meinen Borgern gelden ere sunderlich schulde. Vortmer wi en scholen in al dessen Landen nicht buwen, id en sy der Rathmanne Wille von dessen vorbenomen- den Steden; wie scholen ok en holden alle Recht vnd alle ding, de se bewisen mögen mit Breuen vnd mit handtvesten, vnde ere schot, hundert Mark, de se plegen to geuende, schalme nicht ver-

hügen. Vortmer scholen se tollenvry wesen in allen vnsern Landen, in Watern vnd in Steden. De suluen Vriheit solen vnser Borgere von andern vnser Steden to Primfslow vnd Pofewalck wedder hebben. Vortmer tuischen Primfslow vnd Pafewalck en schal kein weg mer gan ouer de Vkere, vnd ere Korn vnd ere Kopenfchap mögen se vry vtfören, wor se willen, to watere vnd to lande, vnde de Vkere scolen wy vryen den Borgern vnde Gesten bis in dat Haff. Vortmer welck Borger Lehn-Guth hedde von Herrn, von Riddern oder von Knechten, das schal man na sinem Tode lyen sinen rechten erfnamen mit sammeder hand ohne Giff. Vortmer so scholen alle Riddere vnd Knechte to rechte stan vor vnser Land-Richter vndt alle Buren scholen to rechte stan in den Steden vor dem Schulten. Vortmer so wanne ein Orloghe ys, dat en schalme nicht verfonen, de Stede en sin darbinnen bededinget. Vortmer scholen se Lager Holt holen in der Heyde, wor se wollen, tu allen stunden. Vortmer scholen wi en fetten einen ingethogenen man dem Lande tom Voigde. Vortmer bekennen wy dafs, dat die vorbenomende Rathmanne vnd ere meinheit hebben vns vnde vnse Erfnamen gecoren vnd genommen to Beschirmern vnd to Vormundern, vns von der Vormundfchap to horen, so nun by vns to bliuende dorch gut edder dorch böse, vnser nummermehr af to stande, als us beschedentliken: worde hirna ein Römes König gecoren in ener eindrechtigkeit alle der Korforsten vnde de vort enen forsten in desen Lande sende to den Steden vnd to den Mannen, vnde de vort vns det bewifede oder vnser Erfnahmen, dat he beter recht hedde to den Landen, den Steden vnd to den Mannen, wam wi oder vnse Erfnahmen, so scholen wi laten von deser Vormundfchap mit willen. Wenne dat geschehe, so scholde he tovern vns vnd vnse Erfnahmen afnehmen vnd gelden alle Kost, schulde vnd schaden, de wi vnd vnse Erfnahmen hebben gehatt vnde getragen in der Vormundfchap vnd der Beschwerung der Land, der Stede: diewile dat des nicht en schüt, so scholen de Stede, Land vnd Mann by vns vnde by vnser Erfnahmen stede bliuen, also lange, went die schulde Kost vnd schade werde vns vnd vnser Erfnahmen gegulden vnd gelegeret. Vppe dat wy vnd vnse Erfnahmen alle desse vorbeschreue Ding ewiglichen, stede vnd fast holden, des hebben wy to dessen breuen vnse Ingefegele gehanget vnd to Borgen gefat vnse Stede, di hirna beschreuen stan: Griepswold, Dymmin, Danglyn, Stargard, Stettin, Pyritz, Greifenhagen, Gordetz vnd Pencun. Desse Breue find geschreuen vnd geuen na Gades Geburth Dufenth Jahr drehundert Jahr in deme einen twintechsten Jahre, in der Stad to Premfslow, am Sunte Bartholomei Tage.

Nach dem Copialbuche der Brevl. Bibl. J. F. 31, Blatt 41-44.

XLIX. Die Herzöge Otto und Wartislaw von Pommern bestätigen dem Kloster zu Prenzlau das Patronat der Pfarrkirche, am 29. September 1321.

In nomine domini amen. Vniuersis Christi fidelibus — Otto et Wartislaus, dei gratia Slaue, cassubie et pomeranie duces, Salutem in eo, qui cuncta condidit, fouet et gubernat. Ne hominum vite breuitas et malignorum perueritas pios actus principum destruant aut maliciose impedian, expedit reuera testibus et scriptis patentibus eisdem roborari et posterorum memorie

fideliter commendari. Quo circa scire volumus tam posteros quam presentes, Quod cum literas parentum et predecessorum nostrorum, coram nobis legi et examinari faceremus, sagaciter inuenimus in eisdem ecclesiam in antiqua ciuitate primzlaw cum suis attinencijs et iuribus abbatisse totique conuentui Sanctimonialium in noua primzlaw pure propter deum collatam, eandem eciam collacionem Sanctissimi patris alexandri pape felicitis recordacionis confirmacione roboratam. Sane igitur decernentes indignum esse predecessorum nostrorum piam collacionem et domini pape supradicti confirmacionem canonicam irritare, infringere, molestare aut aliquid impedire, Supradictam ecclesiam cum suis iuribus et attinencijs omnibus . . abbatisse et conuentui Supradictis pure propter Deum contulimus et conferimus in hijs scriptis, Parentum et predecessorum nostrorum collacionem et domini pape prefati confirmacionem per ratiuacionem quantum in nobis est feliciter confirman-tes. In cuius euidentiam et testimonium nostra sigilla apponi iussimus huic scripto. Testes huius sunt venerabilis pater ac dominus, dominus conradus episcopus caminensis, borchardus abbas colbacensis, Wedego de Wedele, Oldacus de Zwerin, nicolaus lusco, paridam de Wacholt, nicolaus de heyden, milites, et plures fide digni. Actum et Datum primzlaw, Anno domini M^o CCC^o. XXI^o. in die Mychaelis archangeli, per manus nostrorum notario- rum magistri conradi, Johannis lentyn.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

L. Der Pfarrer Vromold gestattet Bürgern, von Bismark und von Braunschweig genannt, in der Jacobi-Kirche zu Prenzlau einen Altar zu errichten, im Jahre 1321.

In nomine domini amen. Dominus Vromoldus, plebanus in printzlaw, recognosco per presentes et vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, oraciones in Christo sempiternas, Iustis postulacionibus grato concurrentes assensu. Hinc est, quod conradus, henningus, Nycolaus et Gherardus, fratres, dicti de bysmarek nec non hynricus et Johannes, filij Eykonis de brunfwic, ciues ac burgenfes ciuitatis prinzlaw, pia moti deuocione ad cultum diuinum augmentandum supplicauerunt pro commodo et vtilitate suorum predecessorum et in remissionem suorum peccaminum. Quorum preces exaudiui et meam voluntatem adhibui cum consensu, predictis ciuibus ac burgenfibus prinzlaw licencians erigere, construere et fundare altare in ecclesia sancti Jacobi prinzlaue ciuitatis de certis redditibus perpetuis temporibus duraturum ad vnam missam, que debet legi infra summam missam eiusdem ecclesie scilicet sancti Jacobi, In qua cottidiana fuerint obsequia dei. Istitis peractis interfuerunt Consules ciuitatis prinzlaw. Ne alicui dubium inde oriatur seu in euidentiam omnium premissorum presentem paginam exinde confectam dedi et munimine mei sigilli feci communiri. Data sunt hec sub annis domini Millefimo CCC^o. XXI^o.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LI. Das Nonnenkloster zu Prenzlau nimmt den Rath daselbst in die Gemeinschaft seiner guten Werke auf, am 28. April 1322.

Viris honestis laude dignissimis Dominis Consulibus Premflaw civitatis, Margareta Abbatissa, Margareta Priorissa totusque conventus Sanctimonialium nove ciuitatis jam predictae suarum oracionum incrementum cum assidua deprecatione ad Dominum Jesum Christum pro eisdem. Quia Christus Jesus veniens in hunc mundum genus humanum per prevaricationem primorum Parentum diabolice potestati subiectum sua passione redimere accepit, ut complevit, Exemplum in filios adoptionis post eius gloriosam ascensionem relinquens, ut quilibet sui exempli fidelis imitator propriis orationibus, Vigiliis adipisci non poterit et ieiuniis, ad ius operibus aliorum perfectius consequatur, ut in libro Machabeorum plenius continetur, ubi dicitur: vir fertilissimus Judas collatione facta et cetera, ubi sequitur: Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur. Et cum nemo sibi sufficit, sed alterius auxilio indiget, et ipse suffragio sublevetur; Hinc est, quod cum vos cognovimus nostre salutis terrene portum tutissimum, precipuos benefactores et post Deum refugium singulare, sub quorum umbra protectionis sicut pulli sub alis gallinarum fiduciam gerentes toto cordis desiderio Suspiramus sperantes, quod nobis adhuc Sicut prius pinguiora beneficia promotionis impendere debeatis, pro quo vobis nostra parvitas, devotio et humilitas bonorum temporalium condigna servicia nequit exhibere. Sed vestra prefulgens discretio omnium nostrorum operum spiritualium participationem, que Christus Jesus dominus noster per nos et successores nostros fieri disponit in vigiliis, in orationibus, in ieiuniis, in Castigationibus et in omnibus aliis operibus Deo gratum servitium speramus exhibere, acceptare nullatenus dedignetur, que etiam pre omnibus vobis et Affinibus vestris cunctis diebus nostris Deo altissimo et gloriose Dei genitrici ac toti celesti curie offeremus, Vos quoque recipientes in nostram fraternitatem, ut cum dies vestri obitus nobis fuerit nunciatus, vestras exequias, veluti nostrarum confororum et confratrum in vigiliis et in aliis oracionibus fideliter peragemus. Petentes vos nihilominus pro desiderio cordis cum affectu, ut hoc donum vestre benigna honestas animo recipiat letabundo, quod tanto magis rationem boni participat, et magis se placitum esse probat et caritatem nostram et sollicitudinem erga vestram honestatem arguit et ostendit, quanto postulacionem preveniens esse dinoscitur et voluntarie oblatum potius quam petitum. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostri conventus et munitum. Datum Anno domini Milleimo CCC. XXII., Feria quarta post dominicam, qua cantatur Misericordias.

Aus mehreren Copialbüchern, in denen jedem das Schreiben sehr fehlerhaft mitgetheilt ist.

LII. Bischof Paulus ertheilt den Wohlthättern der Marienkirche zu Prenzlaw einen Ablassbrief, am 22. Mai 1322.

Vniuersis Christi fidelibus presenciam visuris seu audituris Frater Paulus, misericordie diuinae Episcopus Ecclesie Curonienensis, salutem in Virgine Filio gloriose. Licet is, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter seruiatur, bene seruientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri, Cupientes igitur, ut ecclesia parochialis beate marie Virginis in Prenzlaw congruis honoribus frequentetur, et ut filius in matre et mater in Filio collaudetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui iam dictam ecclesiam visitauerint in Festiuitatibus infra scriptis, videlicet, natiuitatis Christi, Circumcisionis, Epiphanie domini, Parasceues, Resurrectionis, ascensionis, Penthecostes et in quatuor Festiuitatibus beatissime Virginis Marie, beatorum apostolorum Petri et Pauli et aliorum apostolorum omnium, Inuencionis et Exaltacionis S. Crucis, in Festiuitate natiuitatis et decollacionis beati Johannis Baptiste, in anniuersario dedicacionis ecclesie eiusdem, beate Katharine, S. Marie Magdalene manus porrexerint adiutrices, Hijs quoque, qui cimiterium dicte ecclesie cum deuotione et reuerencia circuierint, et pro animabus omnium fidelium defunctorum preces deuote fuderint, quadraginta dies, hijs eciam qui corpus dominicum cum ad infirmum portari contingit in exitu et in reditu cum deuotione fuerint infecuti, decem dies indulgenciarum de inuncta eis penitencia, dummodo Diocesani consensus accesserit, misericorditer in domino relaxamus. Datum Prenzlaw, sub annis M^o. CCC^o. XXII^o sabbato infra octavam ascensionis domini.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LIII. Die Herzöge von Pommern Otto, Wartislaw und Barnim quittiren die Stadt Prenzlaw über 120 Mark, welche sie ihnen für die Mühlen entrichtet hat, am 21. October 1322.

Nos Otto, Wartislaus et Barnym, Dei gratia felavorum, Cassubie et Pomeranie duces, coram uniuersis presenciam visuris et audituris recognoscimus publice protestantes, quod de maturo fidelium nostrorum Consilio, respectu plurium beneficiorum fidelium nostrorum Burgensium civitatis nostre Primslaw, que nobis gratuite sepius impenderunt, ipsis dimissimus omnia molendina jacentia ibidem in nova civitate ac proprietatem eorundem cum omni jure, quod in eisdem molendinis dinoscimur hactenus habuisse. Ut autem dicti Burgenses a nobis et a nostris Successoribus et Officialibus quibuscunque nullum in dictis molendinis impedimentum patiantur, nobis centum Marcas et viginti Brandenburgensis argenti dederunt et plenarie persoluerunt, de quibus eosdem dimissimus et in presentibus dimittimus quitos et solutos, sub harum testimonio literarum, nostrorum sigillorum munime signatarum. Hujus rei testes sunt Sifridus de Plone, Hinricus de Suerin, Henningus de Boyke, milites, Reymarus de Vredeber et quam plures alii fide digni. Datum Stargard, Anno domini M^o. CCCXXII in die undecim millium Virginum, per

manus nostrorum Notariorum domini Joh. Lentyn, Canonici Ecclesie Stetinenfis, nec non Magistri Johannis de Bolentin, Plebani Ecclesie Demminenfis.

Aus dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 34, Blatt 45. Buchholz V, 38. Sect 1, Urk. Nrh. 175 No. 22.

LIV. Die Herzöge von Pommern Otto, Wartislaw und Barnim vereignen zu dem in der Nicolaiskirche zu Prenzlau neugestifteten Altare Gebungen aus Brüssow, am 2. April 1323.

In nomine domini Amen. Quoniam ea que in tempore aguntur et ordinantur, cum temporis fluxibilitate eueniunt in oblivionem, nisi scripture testimonio recipiant firmamentum. Nouerint ergo uniuersi Christi fideles, ad quos pervenerit presens scriptum, quod nos Otto, Weertyzlaus et Barnym, dei gratia duces Stetinenfes, Cassubye et Pomeranye sincero affectantes desiderio, ut cultus diuinus vberior et diffusior habeatur, dedimus et per presentes liberaliter donamus proprietatem et libertatem decem talentorum cum decem solidis Brandenburgensium monete in mansis civitatis Burchfow, quolibet manso in festo beati Martini Episcopi et confessoris sex solidos solvente, dilectis nostris burgenfibus civitatis Premslaw Petro et iohanni, fratribus de clinkow dictis eorumque veris et legitimis heredibus ac successoribus, ab Hinrico, milite de Stegelitz, eorum propriis sumptibus racionabiliter comparatam, ad Altare dicte civitatis Premslaw cum consensu plebani expresse in Ecclesia S. Nycolai constructum ac in honorem beatissime Virginis ac matris Marie dedicatum perpetuis temporibus duraturis. Cuius Altaris presentacionem seu ius patro natus Petrus et Johannes, dicti Fratres de clinkow, ipsis uiuentibus pacifice possidebunt; ipsis vero deficientibus eorum veri filij, si superstitis extiterint, ac eorum legitimi heredes, seu successores propinquiores, usque in ultimo superstite residente dictum jus Patronatus, sine inquietatione, feliciter possidebunt, Prescriptis vero omnibus de medio sublatis duo consules seniores in Ciuitate Premslaw, actu sedem consulatus occupantes, vnanimiter et concorditer tanquam legitimi collatores dictum altare conferent cum vacabit. Collacio autem huiusmodi ab omnibus predictis debet fieri, a tempore vacationis continuo intra quatuor dies in persona sacerdotis beneficium non habentis. Et ut premissa omnia incorrupta permaneant, hanc literam inde conscriptam nostrorum sigillorum fecimus munimine roborari, presentibus viris Henrico de Stegelitz, Henningo de Egftede, Thiderico de Kerkow, Paridami Scolentin, Hinrico de Suerin, Militibus, ac Dominis Nycolao de Suanenbeke, Johanne Magistro Preposito in Demmin, sacerdotibus. Data sunt hec in Torglow, sub annis domini M^o. CCC^o. XXIII^o, sabbato ante Dominicam, qua cantatur Qualimodogeniti.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LV. Bischof Conrad von Camin genehmigt die Stiftung eines Altars in der Nicolaikirche zu
Prenzlau, am 7. April 1323.

In nomine domini Amen. Conradus, dei gracia Caminenfis Ecclesie Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus presentem literam visuris et auditoris, salutem in omnium Saluatore. Iuste donacionis affectui, ut ipsa iusta donacio robur accipiat firmitatis, dignum est confirmacionis beneficio suffragari. Hinc est, quod dilecti nobis in Christo burgenfes ciuitatis Premslaw petrus de clinkow et iohannes, fratres, pia moti deuocione ad culmen diuinum auementandum quoddam altare in ecclesia sancti nycolai in ciuitate premslawia cum certis redditibus videlicet decem talentorum et decem solidorum brandenburgenfium denariorum in ciuitate bruffow quolibet manso in festo beati martini sex solidos soluente pro salute animarum suorum predecessorum et in remissionem suorum peccaminum construxerunt. Qui burgenfes supradicti nobis humiliter supplicarunt ut constructionem et erectionem cum redditibus sibi annexis confirmare auctoritate ordinaria dignemur. Quorum precibus inclinati volentes nihilominus affectui gratanter succurrere eorundem, attendentes, quod cum a nobis petitur, quod iustum fuit et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo rationis exigit, ut id per officii nostri sollicitudinem ad effectum debitum perducatur, prenominati altaris erectionem seu constructionem in predicta ciuitate premslaw secundum formam Privilegii dominorum ducum Stetinenfium Ottonis, Wertyslai et barnimi et consensu domini plebani in premslaw approbamus, eamque scilicet erectionem ac constructionem auctoritate ordinaria in nomine patris, filii et Spiritus sancti presentibus confirmamus. Inhibentes sub pena excommunicationis ne quispiam huius altaris erectionem seu constructionem cum suis redditibus eidemque dotatis infringere aut prenotatam nostram confirmacionem molestare aut perturbare aul temerario audeat quoquomodo. In euidentiam omnium premissorum presentem litteram dedimus sigilli nostri munimine communitam. Datum Golnów, sub annis domini M°. CCC°. XXIII°. feria quinta post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LVI. Die von Schneitling verlaufen dem Rath zu Prenzlau eine Hebung aus dem Zolle
daselbst, am 23. Juni 1323.

Ad noticiam omnium Christi fidelium nos Bartholomeus, Henningus et Christoforus, Fratres, dicti de Snytlinge cupimus peruenire, quod honestis viris dominis Consulibus Ciuitatis Premplaw vendidimus vnanimi consensu et manu coniuncta et resignauimus et resignabimus coram illo, qui de iure conferre debet, tria Talenta Brandenburgensia in theloneo Premplaw ciuitatis, cum omni iure, quod habuimus ab inclyto Principe nostro domino Wolde-
maro beate memorie, pro quadam summa pecunie, quam nobis integraliter perfoluerunt. In cuius

rei Testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum anno M^o. CCC^o. XXIII^o.
in Vigilia Joh. Baptiste.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LVII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, am 18. März 1324.

Ludewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, Comes Palatinus
Reni, Dux Bawarie, sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus suis et dilectis consulibus atque univērsitati
Burgensium in Primslaw presentibus et futuris gratiam suam et omne bonum. Ad hoc sedulo
noster versatur cogitatus, quomodo subditorum nostrorum commoda, presertim eorum subditorum,
quos ingens extollit fidelitas, incremento continuo ampliemus. Moti ergo et inclinati evidenti fin-
ceritatis vestre constancia univērsa vestra atque Ciuitatis vestre predictę Jura libertates, proprietates,
Pessiones, Donationes, Gratias, approbatas Consuetudines, quibus vos et Civitatem antecessores
nostri quodam Marchiones Brandenburgenses clare memorie adornarunt, Insuper Privilegia, literas
et Instrumenta per ipsos nostros antecessores vobis et Civitati super dictis Juribus libertatibus, pro-
prietatibus, possessionibus, donationibus, gratiis et Consuetudinibus seu Contractibus aliis quibuscun-
que rationalibus indulta et Concessa approbamus, ratificamus presentis pagine patrocinio solemniter
confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostram infringere vel eam in aliquo temere
impugnare. Quicumque vero hoc facere attemptaverit, inultus nullatenus pertransibit. Testes vero
dictę nostre confirmationis, ratificationis seu approbationis sunt: spectabilis Vir Dominus Bertol-
dus, Comes de Henneberg, nobilis vir Dominus Hinricus, Comes in Schwarzeborch,
Wedego de Wolkow, Bertoldus de Buft et Kokefo, milites, Honorabilis vir Dominus
Segerus, prepositus Stendaliensis, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Sweth per manum
Hermanni de Luchowe, Anno domini Millefimo CCC^o. Vicefimo quarto, dominica qua Cantatur
Oculi mei semper.

Nach dem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 50 u. 51.

LVIII. König Ludwigs Bestätigung der Stadt Prenzlau, da selbige sich seinem Sohne dem
Markgrafen Ludwig unterworfen hat, am 26. Juni 1324.

Ludowicus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Prudentibus viris Consulibus
et univērsitati Ciuium in Primsla, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Regia
munificentia, licet omnibus esse consueverit liberalis, illos tamen gratiosius amplectitur et favore

prosequitur ampliori, quos fide deuotione et operis exhibitione sibi fore conspiciet promptiores. Consideratis igitur fidelitatis et deuotionis vestre meritis porrectis nobis vestris petitionibus beneuolentius annuentes, Nostri ac illustris Ludowici, Marchionis Brandenburgensis, prinogeniti et Principis nostri carissimi nomine, cui vos devote et humiliter subdidistis, omnia Privilegia, Libertates, Jura et scripta a Marchione Woldemaro et Prioribus Marchionibus Brandenburgensibus vobis tradita et concessa sicut ea rationabiliter sunt tradita et concessa approbamus, confirmamus et presentibus litteris innovamus, Quas super eo conferri et sigillo Majestatis nostre iussimus communiri. Datum Franchenfurt VI. kalendas Julii, Anno Domini Millefimo trecentesimo vicefimo quarto, Regni vero nostri Anno Decimo.

Nach einem Copialbuche der Bresl. Bibl. J. F. 31, Blatt 49 n. 50.

LIX. König Ludwig gestattet der Stadt Prenzlau, die von dem Herzoge Wartislaw erkaufte Mühlen und sonstigen landesherrlichen Hebungrechte im Besiz zu behalten, vorbehaltlich des Auslöfungsrechtes, am 26. Juni 1324.

Ludowicus, dei gratia Romanorum Rex semper augustus, Prudentibus viris Consulibus et vniuersitati Ciuium in Prinzla, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Ex motu beneuolencie specialis, quo circa vos afficimur propter fidei et deuotionis vestre meritum, Unde nobis et Illustri Ludowico, Marchioni Brandenburgensi, filio et principi nostro karissimo, grati et placidi extitistis, vobis concedimus gratiose, vt redditus, quadraginta sex frustorum, qui vulgo dicuntur Stüeke, in moneta, et decem cum dimidio frustorum in Thelonio prefate Ciuitatis prinzla, necnon molendinum in noua Ciuitate ibidem cum octo frustorum emptos, comparatos per vos ab Illustri Wartizlao Duce Stetinensi, tenere, percipere et possidere valeatis, nostro, ac predicti filii nomine atque vice, et ipsos vobis tenendos, percipiendos et possidendos, presentis scripti patrocinio confirmamus, Ita sane quod nos et predictus filius noster habeamus liberam facultatem premissa et eorum quodlibet a vobis infra hinc et Festum beati Michaelis venturum proxime, et abinde per continuum triennium redimendi, et recemendi pro summa pecunie per vos in eorundem reddituum comparationem et emptionem ad dictum Ducem tradita et inpenfa, Alioquin, prefatis tribus annis elapsis, si huiusmodi solutio vel redemptio per nos vel per ipsum filium nostrum facta non fuerit, extunc prescripta omnia vobis in hereditatem perpetuam remanebunt. In cuius rei Testimonium presentes vobis dedimus et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum in Franchenfurt, VI. Kalend. Iuly, anno domini Millefimo Trecentesimo vicefimoquarto, Regni vero nostri Anno decimo.

Sedr's Gesch. I, Urk.-Anh. S. 176 No. 24. und aus mehreren Copialbüchern.

LX. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, am 12. October 1324.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, Sacri Imperii Archicamerarius, fidelibus suis et dilectis Consulibus atque universis Burgenfibus Civitatis Primslaw presentibus et futuris suam gratiam et ad perennem memoriam subscriptorum. Ad hoc vestre fidelitatis indefessa ac pura constantia nostrum provocat animum, ut ea, que vestri status commodum atque utilitatem conspiciunt, sedulo, intrepide sinceris ac promptis voluntatibus cum Executione operis efficacis efficaciter prosequamur. Rationabilibus ergo vestris requisitionibus atque instantiis supplicibus inclinati, universa vestra insuper civitatis vestre predictae jura, libertates, possessiones, proprietates, donationes, Gratias approbatas, Consuetudines atque immunitates, quibus vos et Civitas decorati dinoscimini et muniti, insuper Privilegia vestra et instrumenta vobis ac civitati per nostros predecessores Marchiones quondam Brandenburgenses super premisis juribus, possessionibus, proprietatibus, Donationibus atque immunitatibus seu super quibuscunque Contractibus indulta et concessa, prout ea vobis rationabiliter concessa sunt, approbamus et ratificamus nec non presentis pagine patrocino confirmamus. Hujus nostre approbationis, ratificationis atque Confirmationis testes ad hoc specialiter rogati sunt spectabilis Vir Dominus Bartholdus de Henneberg, Nobilis Vir Dominus Hinricus de Schwartzborch, Comites, amici nostri et Consanguinei, Honorabilis Vir Segerus Prepositus Stendaliensis, Tidericus de Kerkow et Bartholdus de Buft, milites nostri fideles, cum aliis fide dignis. In premisorum omnium et singulorum firmitatem perpetuam nostro Sigillo muniri iussimus presens scriptum. Nulli ergo omnino hominum fas sit hanc paginam nostram infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumerit, is nostra noverit gratia se exclusum. Datum Konigsberg per manum Hermanni de Luchow, Anno Domini MCCCXXIII, sexta feria proxima ante diem beatorum Galli et Lulli.

Nach dem Copialbuche der Brest. Bibl. J. F. 31. Blat: 55—57.

LXI. Markgraf Ludwigs Privilegium über die Holzungs-Gerechtigkeit in der Werbellinischen Heide und alle Rechte der Stadt Prenzlau, vom Jahre 1324.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Dux Bavarie, Romani imperii Archicamerarius, tenore presentium recognoscimus protestantes, quod obedientiam, diligentiam servitiumque speciale a fidelibus nostris Consulibus et universis Burgenfibus nostre Civitatis Primpslaw Serenissimo Principi ac Domino, Domino Ludewico Romanorum imperatori, Patri nostro nec non nobis impensas, nobis, nostris heredibus et successoribus impendendas, confortationem auxilium et Confirmationem predictae Civitatis nostre pensantes, defectum, injuriam et desolationem nostre Civitatis Primslaw advenire timentes, patris nostri ex deliberato ipsius ac nostrorum Consiliariorum fidelium consilio, predictam nostram Civitatem gratiose intuebamur, nostris fidelibus, dicte

Civitatis Primpſlaw Conſulibus et univerſis illius civitatis Burgenſibus tam preſentibus quam futuris damus et eis perpetuis temporibus appropriamus libertates cum appropriationibus infra ſcriptis infragabiliter obſervandas, videlicet quod poſſunt ex noſtra merica, que teutonice dicitur die Werbelinſche Heyde ligna ad ſingula noſtre predicte civitatis edifica Secare, deportare et in uſum convertere quoties indigent et ipsis videbitur expedire, noſtro, noſtrorum heredum, Succellorum et omnium officialium nonnullo ſine impedimento et volumus dictos noſtros Conſules et Burgenſes ab omnibus redditibus pro his lignis pertinentibus nobis, noſtris heredibus et Succelloribus et Officialibus integraliter quitos habere et ſolutos. Item eiſdem donando appropriamus unum liberum tranſitum aque ſupra Ukeram inter dictam Civitatem noſtram Primpſlaw et Paſewalk. Item fidelibus noſtris et Civitati prenarrate tribuimus appropriatum hoc, quod nos, noſtri heredes, Succelloribus noſtris, Officialibus, neque alii quicumque in noſtra terra Ukera novum Caſtrum nec aliquid, quod teutonice Berchfrede dicitur, edificare debent in diſtancia trium miliarum a noſtra Ciuitate ſepedieta Primpſlaw, niſi cum noſtrorum conſulum dicte Civitatis noſtre fecerint beneplacito et voluntate. Si autem quis contrarium facere preſumpſerit in dicta terra noſtra Ukere ex tunc dictis noſtris Conſulibus et univerſis dicte Civitatis noſtre Burgenſibus plenam noſtram ipsis attribui- mus voluntatem, quatenus debent et poſſunt ex noſtra appropriatione illa ligna illorum edificiorum et ſingula cum quibus edificatur frangere, Comburare, deportare et cum his facere, quod eorum libet voluntati. Inſuper ſi iam talia edificia forent edificata, illa poſſunt cum omnibus ipsis munimentis funditus deſtruere et penitus annihilare et nihil contra nos, noſtros heredes aut ſuccelloribus, officialibus et contra edificantes nec contra quemcumque excedere debent nullo modo. Cum hoc volumus et promittimus pro nobis, noſtris heredibus et ſuccelloribus predictos noſtros Conſules et Burgenſes civitatis nominate in illa gratia obtinere eoſque totis noſtris viribus deſendere. Et ſi noſmet in Marchia non eſſe contigerit, tunc noſtri Capitanei ſive officialibus Ceteris noſtris cum Vaſallis et Civitatibus noſtre civitatis preſate Conſulibus et Burgenſibus fideliter debent adjuvare et ſerioſe cooperare, ut illa edificia nova vel Caſtra totaliter deſolentur. Ceterum dilectis fidelibus noſtris Primpſlavenſibus Ukaram appropriamus cum influxu. Item appropriatum eis donavimus unum liberum tranſitum Pramorum et Vazelorum intra Primpſlaw et Stegelitze, noſtro et noſtrorum omnium fidelium Vaſallorum et Officialium ſine impedimento. Item eiſdem Conſulibus ac univerſitati iudicem feudalem appropriamus, qui noſtrorum Civium Civitatis Primpſlaw concivis fore debet et cum eis in dicta noſtra civitate commorari. Eidem iudici omnes Cauſas nec non ſingulas diſſenſiones de Alto et de Baſſo in dicta Civitate et metis eius cum jure ſeculari appropriamus diſſentiendas, unde nobis, noſtris heredibus aut ſuccelloribus rationem faciet, cum juſtitie complemento. Volumus etiam dietis noſtris Conſulibus et Burgenſibus appropriatum habere, quod nullibi preterquam in metis dicte civitatis juri ſubefſe debent, niſi de operibus manufactis. Item conſulibus et Burgenſibus predicte civitatis appropriamus jus Magdeburgenſe, in quo dicta noſtra civitas incepta eſt et conſtructa et frui debet eodem iure et diſſolvi. Item conſules et burgenſes nominate Civitatis in omnibus Marchie civitatibus preterquam de bonis ſalfatis ab omni theolonio liberi eſſe debent et quiti. Inſuper eis appropriamus omnes libertates ſupra ſcriptas et appropriationes quascunque ab aliis noſtris predeceſſoribus principibus eis datas et Concefſas, a nobis, noſtris heredibus et ſuccelloribus inviolabiliter obſervari, inhibentes omnibus noſtram, noſtrorum heredum et ſuccellorum voluntatem facere volentibus, quod noſtros conſules et burgenſes noſtre Civitatis Primpſlaw in nullo preſcriptorum articulorum impediunt nec oppoſitionem facere preſumant. Quod ſi quis de noſtris vel aliis quibuſcumque agere attentaverit, ille in noſtram indignationem fore ſe agnoſcat indubitanter,

quousque nostris predictis Consulibus predictae civitatis satisfaciet cum effectu et volumus nos nostri heredes et successores cum omnibus nostrum favorem habere volentibus circa prefatam nostram civitatem manere et eam in Singulis prescriptis articulis et in quolibet illorum divisim, tanquam iniuriam proprie persone nostre factam vindicare et etiam dictam communitatem in omni sua iustitia observare, prout omnes articuli supra scripti et quilibet illorum seorsim a nobis, nostris heredibus et successoribus, nec non ab omnibus favorem nostrum habere desiderantibus integre compleantur et inviolabiliter observentur. Ideo Sigillum nostrum cum Sigillo Gunteri et Ulrici, nobilium Comitum de Lindow, favorabiliter presentibus sunt appensa, pro quibus patri nostro, nec non nobis, cum prompta summa pecunie videlicet cum XXI marcis argenti Brandenburgensis ponderis et aliis Servitiis specialibus integre satisfecerunt. Datum Spandow, Anno domini M^o. CCC^o. XXIV^o., presentibus nobilibus Guntero et Ulrico, Comitibus de Lindow, Alberto de Klepetz, Heinricho de Stegelitze, Hermanno de Redern et Hermanno de Wolcove, militibus, nec non multis aliis nostris fidelibus.

Nach dem Copialbuche der Brest. Bibl. J. F. 34, Blatt 58-62. Buchholz V. 44.

LXII. Markgraf Ludwig bestätigt dem Kloster der Minoriten in Prenslau seine Grundstücke, i. J. 1324.

Lodewicus, dei gracia brandeburgensis et lusacie marchio, palatinus reni, Dux Bauarie, sacri imperii archicamerarius, fratribus minorum prenslauie consistentibus gratiam suam et omne bonum. Omnia privilegia et sancita tam ea, que ad vestri monasterij aream, que se extendit a monasterij plathea usque ad ciuitatis murum inclusiue per vos, vestris expensis erectum, quam etiam ad fossatum pro cameris priuatis ibidem vestro pro vsu libere quocunque vel qualitercunque construendis et ortum usque ad paludem secundum longitudinem claustralis aree, vobis ab olyn pie indulta, concessa et donata a nostris antecessoribus Marchionibus Brandenburgensibus, Renouamus, immouamus et innouata nunciamus per presentes eadem libertate et iure dotantes, quo a dictis nostris antecessoribus fratres antedicti virtute priuilegiorum ipsis concessorum dotati existunt ab olyn ut presertim eciam vobis nunc plene concedentes iuxta formam litterarum eorundem, quas vobis omni ex parte et irrefragabiliter in salutis nostre salubre augmentum seruare volumus illesas, addicientes nihilominus, ut semitam quandam cum propugnaculo ratione periculorum et gwerrarum crebrescencium et ingruencium ob nostre ciuitatis tuicionem ampliorem ciuibus indulgeatis, residuum vero spacij vestro cedat vsui secundum gracias superius concessas. Verum ne videamur antecessorum nostrorum priuilegia infregisse murum per vos erectum ciuitas vltterius edificeet vobis in recompensam. Datum prenslauie, Anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o., nostro sub appendente sigillo.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXIII. Markgraf Ludwig genehmigt die von seinem Vater, dem Römischen Könige, der Stadt Prenzlau gewährten Zugeständnisse, am 19. April 1325.

Nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, comes palatinus Reni, Dux Bawarie, Sacri Imperii Archicamerarius, Recognoscimus tenore presentium protestantes, quod literas seu privilegia fidelibus nostris consulibus atque Burgenfibus de Primslavia per serenissimum principem dominum ac genitorem nostrum carissimum, dominum Ludovicum, Romanorum Regem, super quibuscunque causis seu articulis data et concessa, uolumus in toto et in parte inuolabiliter rata et placida obseruare et ipsis in nullo penitus contraire. In cuius rei testimonium nostro sigillo muniri fecimus presens scriptum, presentibus nobili viro domino Gunthero, comite de Lindow, Thiderico de Kerckow, Hermanno de Reder, militibus, Segero, preposito Stendaliensi, et Henningo de Blanckenborg, cum aliis fide dignis. Datum Primslauie, Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. quinto, sexta feria ante dominicam Misericordia domini.

Aus einem Copialbuche.

LXIV. Markgraf Ludwig verspricht der Stadt Prenzlau, für die Wichtigkeits-Erklärung ihrer den Herzögen von Pommern ausgestellten Verschreibungen zu sorgen und sie wegen des gegen Mecklenburg geleisteten Widerstandes schadloß zu halten, am 19. April 1325.

Nos Lodewicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Reni, Dux bawarie, sacri Imperij Archicamerarius, fatemur et recognoscimus literas per presentes, quod cum fidelibus nostris Burgenfibus de Prinzlauia propter fidelitatis homagium nobiscum beneuolencia exhibitum conuenimus et placitauius in hunc modum. Inprimis enim quod debeamus, si poterimus, literas per eosdem nostros burgenfes datas dominis ducibus Stetinenfibus disbrigare, in Amicia vel in iure. Quod si nos hoc facere non poterimus, tunc id facere debet serenissimus princeps dominus ac genitor noster serenissimus dominus Lodovicus, dei gracia Romanorum Rex, secundum decretum fidelium Imperij. Et ad premissorum certitudinem maiorem, procurabimus infra hinc et festum penthecostes proximum, quod Consules ciuitatum nostrarum Berlin, Spandow et Struceberg, vel loco Struceberg, bernowe promittent pro nobis, quod promissa debeamus firmiter et fideliter adimplere. Actum quoque est, quod octingentas marcas argenti, debeamus refundere talibus nostris burgenfibus de Prentzlaw, qui eas exposuerunt pro terrarum tuncione et vt subterfugerent homagium, quod dominus Magnopolensis sibi fieri postulabat, et talem summam debebimus talibus creditoribus cum bonis per duces stetineses et dominum magnopolensem in nostro dominio alienatis seu per modum alium ipsis placidum et rationabilem refarcire. Insuper debita vniuersa, que Illustris quondam Woldemarus, Marchio Brandenburgensis, ipsis nostris Burgenfibus et ciuitati obligatus permanfit, queque rationabiliter demonstrare poterint, volumus eisdem per omnia refundere expedite. Demum super dampnis, que predicta nostra ciuitas perpessa est,

agere volumus gracie et prout merito nostram reuerenciam condecet, presertim cum nostre gracie et dispositioni se commiserint, in hac parte. In premissorum omnium et singulorum euidentia nostrum sigillum, vna cum sigillo nobilis viri domini Guntheri, comitis de Lyndow, qui et pro nobis in premissis promissis, presentibus est appensum. Actum et Datum Prenzlau, Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. quinto, feria VI ante misericordias domini. Et nos Guntherus, dei gracia comes de Lyndow, predictus fatemur in hiis scriptis, quod vna cum Illustri principe, domino nostro serenissimo, domino Lodwico, Marchione Brandenburgensi predicto, et pro ipso, premissa omnia et singula promissimus et ad ipsius specialem instanciam nostrum sigillum de nostra certa sciencia presentibus est appensum. Datum loco, Anno et die premissis.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals. LXVI. Original befindet sich in der Bibliothek des Königs von Preussen in Berlin. Im Jahr 1828.

LXV. Markgraf Ludwig vereignet einem in der Marienkirche gegründeten Altar die ihm beigelegte Ausstattung, am 19. Mai 1325.

In nomine domini Amen. Lodewicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux bawarie, sacri Imperij Archicamerarius, Omnibus hoc scriptum cernentibus salutem et prosperis successibus habundare. Cum circa quolibet actus temporales prouidencia magistra et reatrix soleat anteponi, quomodo stabiliter perhennentur vt posteriorum memorie transmittentur, circa ea tamen, que diuino deputantur cultui tanto cautius agendum est, quarto in ipsis domino maior fructus et honor poterit exoriri. Inde igitur est, quod cum discreti viri Conradus de Luckow bone memorie, Thidericus, dictus ffiol, necnon Hinricus, dictus Creuefe, spiritu ducti ex alto altare quoddam in ecclesia parochiali Primzlaue in honorem beate Marie virginis consecratum, fundarint ipsumque decem talentis annuatim de moneta nostra Primzlaue, vicario eiusdem altaris terminis consuetis exsoluendis, dotarint perpetue dotis dono, Nos dictam donationem Deo acceptabilem reputantes ratam iudicamus laudabilem et acceptam, Et vt eiusdem sacre rei participes fieri mereamur dedimus et sollempniter damus proprietatem omnimodam et plenam super dictis decem talentis denar. Brandenburg. dicto altari perpetuis temporibus permanendam, Renunciantes debite per presentes predictae proprietati et iuri, quod nobis uel nostris successoribus possit competere ex causa quacumque, volentes dicta decem talenta adeo libera et absoluta dicto altari manere, quod in eis secularis potestas nichil iuris vel vsus sibi debeat de cetero vendicare. Et vt premissa omnia robur accipiant perpetue firmitatis, Hanc paginam inde confici et sigilli nostri appensione mandauimus firmiter communiri valituram temporibus sempiternis. Nulli igitur omnino hominum liceat eam infringere vel sibi in aliquo temere contraire. Quicumque vero hec facere attemptauerit maledictionem eternam indubitanter se nouerit incursum. Presentes testes infra scripti ad hoc vocati et rogati fuerunt nobiles viri domini G. . . . et Vlricus, comites de Lindow, Honorabilis vir dominus Segerus, prepositus Stendaliensis, H. . . . de Redere, noster marscalcus, Johannes de vroiden, buffo de milowe, bertoldus de buzt, H. . . . balch et Gunther de sandowe, milites, cum alijs fide dignis. Datum in Antiqua Reppin,

per manum H. . . de Luchowe, Anno domini Millefimo CCC^o. XX^o. quinto, dominica proxima post ascensionem eiusdem, in nostra presentia.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals. Vgl. Beckmann's Geschichte des Brandenburgischen Reichthums, Th. 1, S. 178, No. 26.

LXVI. Markgraf Ludwig genehmigt die von Prenzlau und Pasewalk auf des Königs Geheiß seiner Gemahlin Margarethe geleistete Huldigung, am 11. April 1326.

Nos Lodewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bawarie, sacri Imperij Archicamerarius, Recognoscimus literas per presentes, quod fideles nostri consules de Primzlaw et de poswalk de nostro expresso mandato et serenissimi principis domini et patris nostri carissimi domini Lodewici, Romanorum Regis, precepto per dominum Segerum, prepositum Stendaliensem, de ore ipsius patris nostri nunciato, homagium fecerint legitimum sacramento fidelitatis super hoc prestito Illustri domine Margarete, nostri thori consorti serenissime, iure iusti dotalicij, prout in nostris literis ipsi danorum Regi datis lucidius continetur. In cuius Rei testimonium nostrum sigillum cum dicti domini Segeri sigillo presentibus est appensum. Datum Primzlaw, Anno domini M^o.CCC^o.XXVI^o., feria VI ante dominicam Jubilate.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals. Vgl. Sect's Gesch., Urk. Nrh. S. 178, No. 26.

LXVII. Markgraf Ludwig verzeihet der Stadt Prenzlau einige früher von der Familie von Kalene besessene Mühlenpächte, am 11. April 1326.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, sacri Imperij Archicamerarius, Recognoscimus literas per presentes, quod fidelibus nostris et dilectis Consulibus atque vniuersitati Burgenfium nostrorum civitatis Primslaw dedimus et presentibus donatione solenni donamus proprietatem plenam et omnimodam super decem et septem choris siliginis ordej et bralej in molendino nove civitatis Primslaw, quos a quodam dicto Colene rationabiliter compararunt, possidendos perpetuo ab omni onere liberos et exemptos, renunciantes dictis choris et Juri, si quod in futurum ad eos nobis vel nostris successoribus competere potuisset et volentes dictos choros adeo liberos dictis nostris Burgenfibus et ciuitati manere, quod nihil juris nos vel nostri successores debeamus nobis in eisdem quomodolibet vendicare. Et vt hec nostra donatio semper maneat et persistat ab omni revocatione immunis, presentem paginam inde confici et sigilli nostri appensione mandauimus fideliter communiri. Testes sunt presentes nobiles viri Domini Guntherus et Ulricus, Comites de Lin-

daw, vir honorandus dominus Segerus, Prepositus Stendaliensis, Hinricus de Stegelitz, Dobeslaus de Eckstede, Albertus de Klepez et Henricus de Wolkowe, milites, cum aliis fide dignis. Datum Premslaw, per manum Hermanni de Luchowe, Anno domini M^o. CCC^o. vicefimo sexto, feria sexta post dominicam Milericordia domini.

Nach Beckmann's Abschrift des Originale.

LXVIII. Markgraf Ludwig verzeiguet einem von Johann von Rube in der Marienkirche gestifteten Altar die ihm beigelegte Ausstattung, am 13. April 1326.

In nomini domini Amen. Ludowicus, dei gracia brandeburgenfis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bauarie, sacri Imperii Archicamerarius, omnibus hoc scriptum cernentibus salutem et successibus felicibus habundare. Cum circa quecunqve negotia temporalia soleat providencia adhiberi, qvatenus semper ab omni reuocacione et perturbacione secura permaneant atque tuta: Circa ea tamen, qve diuino deputantur cultui, tanto caucius agendum est, qvanto in ipsis felicior expectatur effectus. Inde igitur est, qvod discretus vir Johannes, dictus Rube, Burgenfis noster de Prentzlaunia, spiritu ductus ex alto pro remedio animarum sue et progenitorum suorum ac successorum Altare quoddam in ecclesia sancte Marie dicte ciuitatis de consensu expresso Dyocefani et plebani fundauerit consecratum ad honorem Sanctorum Johannis Ewangeliste et Jacobi Apostolorum ipsumque duodecim talentis pro vsibus Rectoris ejusdem et vno talento pro oblatiis, vino et luminaribus comparandis et ministri altaris eiusdem precio in moneta nostra Prentzlaw, perpetuo debitis annorum terminis percipiendis dotarit; Nos tanti pii operis cupientes fieri participes, dictam donacionem approbamus et proprietatem plenam et omnimodam Super dictis tredecim talentis, duximus fauorabiliter et liberaliter erogandam, Ita quod nihil iuris nobis vel nostris successoribus referuamus ad eadem talenta, Immo renunciamus per presentes omni iuri, quod nobis possit competere in eisdem, volentes ea dicto altari adeo libera permanere, quod in ipsis secularis potestas nullum sibi locum vel usum debeat vilo unquam tempore vendicare. Actumque est et conuentum, quod jus presentandi ad ipsum Altare resideat in predicto Johanne et Ottone, fratribus dictis Rube, et in eorum masculini sexus legitimis heredibus et eis deficientibus ex tunc resideat tale ius presentandi in Rodolpho et Franckone filiis quondam Junioris Hermanni de Angermundis et in eorum similiter masculini sexus legitimis heredibus et ipsis deficientibus dictum ius presentandi ad Consules Prentzlauienses immediacius deuoluetur. Ad dictum altare, quoque nullus presentandus est nisi sacerdos vel promouendus in sacerdotem a presentacionis tempore infra annum. In premisso omnium perpetuum testimonium nostrum sigillum de nostra certa sciencia presentibus est appensum. Testes fuerunt presentes nobiles viri Dominus Ghunterus et Vlricus, Comites de Lindowe, Dominus Segherus, Prepositus Stendaliensis, Thydericus de Kerkowe, Hinricus de Stegheliz, Albertus de Klepz, Dubzlaus de Eycstede et Hermannus de Volcowe, milites, cum aliis fide dignis. Datum Prentz-

law, per manus Hermanni de Luchowe, Anno Domini M^o. CCC^o. XXVI^o., Dominica
Jubilate.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXIX. Dietrich von Kerckow versöhnt sich mit der Stadt Prentzlau, am 14. Januar 1327.

Ad perpetuam rei memoriam Nos Theodericus de Kerckow, Miles, Petrus et Georgius, fratres de Kerckow, famuli, predicti Theodorici filii, Henricus de Stegelitz, Dubbezlaus de Eyckstede, Henricus de Sydow, milites, Henninghus Blanckenburgh, Boreckow de Kerckow, Henninghus de Sparenwalde, Henricus de Benitz, famuli, Coram vniuersis presentia percepturis, visuris seu auditoris recognoscimus publice protestantes, quod manu coniuncta fideque prestita sine data promissimus et in presentibus promittimus honestis viris, Dominis Consulibus Ciuitatis Printzlavie pro discordia et controuersia, que fuerat inter nos, videlicet Theodoricum de Kerckow ex vna parte et predictae Ciuitatis Consules Printzlawe et eorum Ciues, videlicet Conradum de Bismarek et Menfonem prefectum parte ex altera, ex captiuitate, qua nos Theodericus de Kerckow fuimus captiui ex parte Gerhardi de Snackenborgh, famuli, a Consulibus prelibatis, ita quod omnis predictus rancor diffentionis est finitus et terminatus amicabiliterque unitus, taliter quod nullum damnum, cum omnibus causa nostri facere et permittere volentibus, debemus repetere vel inferre vindictam prefate ciuitati et eorum ciuibus pro causa huiusmodi aliqualem, Predictae vero Ciuitatis Consulibus dabimus quinquaginta marcas Argenti pro Damno, quod sumplerunt et expensis, quas fecerunt ex parte Gherhardi Snackenborgh memorati presertim. Si quidcunque in predicta sone et unione a nobis et ab his, qui causa nostri facere et dimittere desiderant infringere, ex tunc infra quatuor septimanas, monitione premissa intrabimus dictam ciuitatem Printzlau, ibique obstagium faciemus, non exeuntes, donec tale damnum qualicumque modo illatum in dicta compositione sit reformatum, compositum in iure aut amicitia integrum et ex toto. In cuius rei testimonium et ne a nobis et a nostris successoribus predicta unio, compositio, ordinatio infringatur, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Printzlau, Dominica feria III post Epiphaniam Domini, sub Annis Domini Milleesimo trecentesimo vigesimo septimo, in euentiam pleniorum.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXX. Sandgraf Friedrich von Thüringen verspricht denen von Prenzlau, für den Fall, daß sie nach dem Tode des Markgrafen Ludwig an ihn kommen, sie bei ihren Freiheiten zu lassen, am 15. Juli 1327.

Wir fridrich, von Gots gnaden Landgraue zue duringen, Maregreue zue Misne vnd in deme Osterlande vnd Herre in deme Lande zue Plisne, bekennen ofenlich an difem bryfe, Gesche, datz die Stad vnd daz land zue Premzlawe an vns geuiele von Tote vnfers Swagers Maregrauen Ludewiges von Brandenburg, als Sie vns gelobt vnd gefworen haben, daz wir dieselbe stad, daz land vnd die Lute lazen schulen bi allem rechte, bi aller vriheit vnd bie aller guter gewonheit, di sie gehabd haben bie den alden Maregrauen von Brandenburg vnd bie Maregraue Ludewigen, vnseme Swager deme vorgnanten, die sie mit bryfen bowisen muengen. Zue eym orkonde haben wir in difen bryf lazen geben, beuestet mit vnseme insegele. Dabie gewest sin vnse Herre Bischof Withige von Misne, vnse Ome graue Gerard von Hennenberg, Bosso von Mansfeld, Gunther von Keuernberg, die Greuen, Heinrich, Vogt von Plawe, der Erik gnand ist, vnd andere vromer Lute gnok. Diz ist geschehen vnd dere brif ist gegeben nach Gotis geburd Tufend iar Dryhondert iar in dem Syben vnd tzuentzigitem iare, an der neiften Mittewochen nach sente Margareten tage.

Aus Besmann's Abschrift des Originals. Abdruck bei Buchholz, Geschichte v., Urf.-Anh. S. 67, mit der Jahreszahl 1347.

LXXI. Der Rath der Stadt Strassburg verkauft dem Peter Klinkow Gebungen zur Ausstattung eines Altars in der Nikolaikirche zu Prenzlau, am 2. Dezember 1327.

In nomine domini amen. Quoniam ea, que in tempore aguntur, cum temporis fluxibilitate eueniunt in obliuionem, nisi scripture testimonio recipiant firmamentum, Nouerint ergo vniuersi Christi fideles, ad quos presens peruenerit scriptum et per presentes publice protestamur. Quod nos consules ciuitatis Straceburch cum consilio ciuium vniuersorum vendidimus petro de clinkow cui in prinzlau, Decem talenta Brandenburgensis denariorum, quos rationabiliter et rite persoluet, pro centum marcis argenti, De quibus tenemur dare annuatim quinque talenta in festo Beatj Nicolai confessoris et Episcopi, Et quinque talenta octo dies post festum beate Walburge virginis. De quibus talentis quilibet sacerdos sublaturus dabit prouisoribus sue ecclesie quatuor solidos, ad altare in ciuitate prenzlay, cum consensu plebani in Ecclesia Sancti Nicolai constructum, perpetuis temporibus duraturum, cuius altaris presentationem petrus et Johannes, fratres dicti de Clinkow seu ius patronatus ipsis uiuentibus optinebunt. Iphis autem per diuinam dispensacionem deficientibus, Eorum veri filij si superstites extiterint, ac consequenter Eorum legitimi heredes, dictum ius patronatus sine inquietacione possidebunt. Prescriptis autem omnibus de medio sublatis, Domini Consules seniores in ciuitate prenzlau, actu sedem consulatus occupantes, vnanimiter et concordi-

ter, tamquam legitimj collatores dictum altare conferent cum vacabit, Et in personam sacerdotis beneficium non habentis. Hec autem acta sunt de communi consensu predictae ciuitatis Straceburgh, jta quod nullus valeat aliquibus temporibus immutare, Presentem paginam inde confectam sigilli nostrj appensione fecimus communij. Data sunt hec Straceburgh, sub Anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o., feria quarta proxima ante festum Beati Nicolai episcopi.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

LXXII. Bürgerschaft des Schulzen zu Woldeh und Anderer in einer Streitsache Johann's Woldeh mit der Stadt Prenzlau, vom 15. September 1328.

Ad perpetuam rei memoriam nos Suederus, Prefectus in Woldegh, Henricus Parfenow, famulus, Johannes Pofslaw, ciuis predictae ciuitatis Woldegh, Otto Suederj, ciuis in Brandenburg, coram vniuersis Christi fidelibus tenore prefencium publice profiteamur, Quod in solidum, siue manu coniuncta, fideque data promissimus et presentibus promittimus honestis viris, consulibus ciuitatis Primzlawe pro Johanne Woldegh, filio Wilhelmi de Woldegh, ciue eorum et pro omni controuersia et discordia, quam dicti consules et prefatus Johannes Woldegh, inter se discorditer habuerunt, pro quibus detinuerunt eundem: ita quod dictus Johannes Woldegh per se seu per alios contra predictos consules, ciuitatem eorum et ciues non veniet, nec venire procurabit super dicta dissensione et Briga, quomodolibet in futurum. Quod si secus factum fuerit et contrarium in premissis, Id nos retractabimus et restaurum digne recompensationis et emende faciemus consulibus memoratis, Ipsos liquidem consules predictos cessantibus excepcionibus reddemus et excipiemus liberos et indemnes ab omni impedimento periculo et dampno, que eis et eorum ciuibus super hiis possint futuris temporibus suboriri. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Printzlaw prelibata, Anno domini M^o. CCC^o. XXVIII^o., in crastino Inuentionis sancte Crucis Domini Jesu Christi.

Aus einem Copialbuche.

LXXIII. Der Rath zu Prenzlau bestätigt einen Kaufcontract über Gebungen in Blingow, am 28. April 1329.

Nos Consules Civitatis Primslaw recognoscimus ac protestamur in his scriptis, quod menso et Cunradus, fratres, dicti de Grunow, nobis Consulibus, et Bechardo, dicto vreland, nostro concivi, promiserunt ex parte filiorum Johannis Wymann et Henning et

Betekini Menfonis, quinque frustra redituum ex precaria in villa Blingow cum omni jure pheidali, sicut pater dictorum trium pacifice possidebat, ante Marchionem debeant ante dicto Bechardeo et suis veris heredibus ab hijs libere possidenda et quanto citius Marchionem habere poterunt resignare, tali conditione interposita, si predicti tres predicta bona a predicto Bechardeo in spacio trium annorum scilicet a festo Martini proxime nunc futuro vsque ad festum Martini in tertio anno pro viginti octo marcis Brandenburgensis argenti redimere poterint, Prefatus Bechardeus dictis pueris omni protractione postposita literam et possessionem ut isti recipient debeat presentare. Insuper Menfo et Conradus et otto, fratres, dicti de Grunow, nobis Consulibus et filiis Johannis Wymann promiserunt, quando filii Johannis Wymann potestatem in dictis bonis resignaverint coram Marchione, tunc ipsi de Grunow predictis filiis Johannis Wymann bona sua in villa Grunow sicut ipsi possidebunt cum omni libertate resignabunt. Item Menfo et Conradus, fratres de Grunow, nobis Consulibus et Bechardeo Vredelandt decem marcas Brandenburgensis argenti promiserunt ad festum nativitatis Cristi proximum erogare. Si non fecerint omne periculum a se promiserunt post festum esse reponendum. Item Henningus et Bedekinus et Menfo, fratres, filii Johannis Wymann, coram Consulibus nobis fratribus de Grunow de promisso consulibus a nobis facto, si aliquid periculum ex illo receperimus, ipsi nobis restaurare promiserunt. Item dictus Bechardeus in bonis dictis filiorum Johannis Wymann nihilum modo obtinebit disponendum et si aliquem istorum fratrum de Grunow, qui nobis Consulibus et Bechardeo, dicto Vredelandt, pro filijs Wymann promiserunt, viam uniuerse carnis contingerit ingredi, quod ablit, alter vero manens quidquid tractatum est in hac litera firme confirmabit, Ideo appensione nostri sigilli idem fecimus roborari. Datum anno domini M^o. CCC^o. vicesimo nono, in feria sexta in Pasca.

Aus einem Copialbuche.

LXXIV. Markgraf Ludwig erneuet das dem Apotheker Wolter zu Prenzlau ertheilte Privilegium dem Sohne desselben, am 27. Juli 1329.

Nos Lodevicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio, Palatinus comes Reni, Dux bawarie, sacri Imperii archicamerarius, Cum manifesta recognitione presencium tenore protestamur, quod dilecto nobis Johanni, filio quondam Wolteri, Apothecarii nostri in Prinzlaw, suisque heredibus exhibitori presencium, Apothecam ibidem pleno iure contulimus possidendam pacifice et quiete gubernandam. Addicientes ex fauore speciali gracia, quod nulli homini licet aut licebit quomodo, quod possit aut debeat circumquaque huic predictae ciuitati et loco construere et edificare ad decem miliaria aliam apothecam. Preterea hereditatem suam, quam nunc habet in ciuitate eadem aut in posterum eum habere contingit, hanc ipse et sui pueri seu heredes quietam possessionem et liberaliter possidendam modis omnibus possidebunt. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus appensum. Testes sunt presentes Dominus G . . . comes de lindowe, hinricus de sydow, beteko de holstendorp, hermannus de wolcow, mi-

lites, Ebelo de bens, famulus, ffiol, nicolaus olderyan et Henningus de byfmark, confules nostri de prinzwlaw, Hermannus de luchow, nofter notarius, cum aliis fide dignis. Datum Bernowe, Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. nono, feria V post feftum sancti Jacobi.

Klobens Waldemar I. S. 418. Aus dem Dessauer Archiv.

LXXV. Woldemar und Conrad von Benz vertragen sich mit Prenzlau wegen der Schleiſung ihres Hauſes Hindenburg, am 12. Juni 1331.

Nouerint vniuerſi audituri prefentia ſeu viſuri, Quod nos Woldemarus et conradus, fratres, dicti de Benz, bona voluntate cum honeſtis viris Conſulibus ac communitate ciuitatis Prinzwlaw iniuimus, fecimus et compromiſimus amicabilem compoſitionem et ſonam perpetuo duraturam ſuper diſcordia, qua nos captiuauerant, camenatamque noſtram in Hindenborch optinuerant poſſidentes pro eo, quia timuerunt ex dicta camenata ipsis et toti terre periculum imminere, Ita videlicet, quod proprio motu noſtraque libera voluntate predictam camenatam fregimus funditus deſtruentes, ne ab ea poſſit ipſi terre graue diſpendium ſuboriri, Dantes cum hoc prefatis Conſulibus Decem marcas argenti pro ſumptibus, ſuper dictam camenatam habitis et expenſis ad terre commodum et profectum, Renunciantes omni iuri et actioni, que nobis competit et competere poſſit contra dictos conſules, communitatem ſeu quocumque alios et ipſorum bona ratione cauſe predictae, Promittimus ſiquidem quod nulli de cognacione noſtra, quicquam de iure vel facto contra predictos huiusmodi facient ſeu aliquatenus attemptabunt et eorum malum non agemus nec agere procurabimus, per nos ſeu per alios ſuper dicta cauſa quomodolibet in futurum, ſed omnia cum eis in pace obſeruabimus inconuulſa. Preterea ſi quod abſit predictis conſulibus, communitati ſeu aliis quibuſcumque et ipſorum bonis, ſuper dicta noſtra captiuitate et prelibate camenate ſubuerſione et deſtructione aliqua impetito, dampnum ſeu impedimentum aliquoſiter inferretur a noſtris fratribus et amicis ſeu quibuſcumque, modo quocumque et nomine ceſteatur, ab hiis omnibus ipſos data fide ſeruare promittimus liberos et indempnes. In cuius rei teſtimonium noſtra ſigilla prefentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXI^o., feria IIII ante diem viti et Modeſti.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXVI. Bischof Friedrich von Camin bestätigt die Dotation eines von Johann von Perleberg in der Marienkirche gestifteten Altars, am 20. Juli 1331, mit eingeschalteter Verschreibung der Stadt Strasburg vom 25. Juli 1328.

Fredericus, Dei gracia Caminenfis ecclesie Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris salutem in domino sempiternam. Cum a nobis quod condignum est petitur, ordo iuris expostulat et vigor exigit rationis, vt ad effectum debitum perducamus, presertim in hijs, in quibus cultus diuinus augetur et fideles ad faciendum elemosinas et pietatis opera concitantur. Sane oblata nobis Johannis de perleberch, cuius in prenzlau, petitio continebat vt quoddam altare per ipsum in ecclesia Sancte marie virginis in prenzlaw, in honorem sancti Jacobi fundatum et redditibus nouem talentorum denariorum Brandenburgensium dotatum, confirmare auctoritate ordinaria dignaremur. Nos literas super huiusmodi fundacione et dotacione confectas diligenter examinavimus, quarum tenor sequitur in hec verba: In nomine domini amen. Nos Consules ac commune ciuitatis Straceburgh, ad vniuersorum Christi fidelium noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod specialiter super infra scriptis tractatu et deliberacione matura habitis vnanimi omnium nostrum consensu ac consciencia accedente iusto vendicionis titulo vendidimus ac dimisimus discreto viro Johanni, dicto Perleberch, cui in Prenzlaw, nouem talenta brandenburg. denariorum reddituum cum plena proprietate et libertate in mansis nostre ciuitatis videlicet ex duodecim mansis in antiquo campo, qui fuerunt domini Henrici de Benz, militis, sex talenta et ex tribus mansis sitis in campo iutriz tria talenta percipienda et tollenda singulis annis in primo actu in terminis deputatis videlicet mediam partem dicte pecunie in festo Nicolai Episcopi et in octaua Apostolorum Philippi et Jacobi beatorum residuam partem integraliter, absque omni impedimento et qualibet prorogacione quiete in perpetuum possidenda, que quidem nouem talenta nobis consentientibus prelibatus Johannes deo omnipotenti ad laudem sueque genitrici beate marie virginis ad gloriam atque omnibus sanctis et honorem et pro remedio anime sue suorumque progenitorum ac successorum ad altare in ecclesia sancte marie virginis in dicta ciuitate prenzlaw cum consensu diocesani expresso et plebani ibidem ad honorem beati Jacobi fundauit perpetuo duraturum ipsumque sollempniter dotauit cum predictis nouem talentorum redditibus, quorum octo talenta spectabunt ad vsus rectoris ipsum altare officiantis ac sex solidos pro oblatis vino ac luminaribus et sex solidos pro alijs necessarijs comparandis et octo solidi pro eiusdem altaris precio seruitoris. Jus quoque presentandi ad dictum altare prefatus Johannes et post eum duo de senioribus suorum propinquorum heredum perpetuo pacifice possidebunt, quibus heredibus de tota stirpe sublati duo consules seniores in predicta ciuitate prenzlaw tunc in sede consulum existentes dictum altare dum vacauerit concorditer conferent infra mensem a tempore vacacionis sacerdoti idoneo beneficium ecclesiasticum non habenti. Preterea si predicta nouem talenta transponere decreuerimus ad alios mansos siue bona nostre ciuitatis, id erit nostro relinquendum Arbitrio ita, quod predicta nouem talenta sint et maneat in certis et fundatis bonis ad sepedictum altare spectancia perpetuis temporibus perfruenda et in ipsis bonis de cetero humana contrectacio nullum sibi locum debeat vindicare. Insuper quodocumque mansos nostros ad tres solidos brandenburgenses in actu dando statuerimus, sacerdos dictum altare officians prefata nouem talenta in festo beati Nicolai Episcopi integraliter et in toto ante omnem censum et pactum semoto quolibet impedimento perpetuo percipiet atque tollet. Ad quod iuuenus si opus fuerit veluti ad pactum alium extorquendum, suscipientes siquidem in

nos quaslibet defensiones legitimas, si prenarrata bona super dicta proprietate et qualibet arrestacione contingent a quoquam impeti seu iuris ordine conueniri. Ne igitur super hijs a nostris subsequen-
 tibus dubium valeat in posterum suboriri, presens scriptum conferri et sigilli nostri munimine feci-
 mus communiri, presentibus honestis viris Hinrico Brant, Hinrico Straue, Hinrico Lu-
 cow, Hinrico Springintgout, Nicolao Maffow, Nicolao Gheden, Nicolao Spegel-
 berch, Johanne Grimme, tunc nostris consulibus ciuitatis. Datum anno Domini M^o. CCC^o.
 XXVIII^o, die beati Jacobi apostoli gloriosi. Quibus examinatis et sine omni suspicione compertis
 condignis dicti Johannes Perleberch supplicacionibus inclinati altaris instauracionem, fundacio-
 nem, dotacionem ac dictam proprietatis abdicacionem et iuris presentandi referuacionem auctori-
 zamus, ratificamus, approbamus et in hijs scriptis in nomine domini confirmamus, inhibentes sub pena
 anathematis, ne in redditibus, quibus prefatum altare fundatum et dotatum existit, quidquam sibi
 de cetero peccans vendicet secularis. In cuius rei euidentiam presentes literas per appensionem
 sigilli nostri iussimus communiri. Datum in castro nostro Gronenberch, Anno domini M^o. CCC^o.
 XXXI^o, XIII kalendas Augusti.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXXVII. Ausbürgung Heinrich's Ramyn und Jakob's Blumenberg, welche in Prentzlau
 gefangen saßen, vom 6. März 1332.

Nos Henninghus de Berlin, Fridericus de Ramyn, Milites, Diedericus et
 Heydenricus, Fratres Domini de Bornstedt, et Hartwicus Werdelin, coram vniuersis
 recognoscimus protestantes et manu coniuncta fideque data promissimus discretis viris dominis consu-
 libus in prentzlaw pro Henrico Ramyn et Jacobo Blumenberg, quos dicti Consules de-
 tinuerunt captivantes et pro Urkundio, quod dicitur Orveyde, quod predicti henricus et Jaco-
 bus promiserunt et iurauerunt, pro se, pro natis et non natis et pro omnibus suis amicis, quod
 nolint nec debeant per se, seu per alios contra dictos consules et Ciuitatem Printzlau et eorum
 bona agere vel venire, seu quotlibet damnum inferre, pro eo, quod detenti fuerunt. Si vero ali-
 quid damnum seu impedimentum predictis consulibus aut eorum civibus seu bonis a prefatis Hen-
 rico et Jacobo seu eorum amicis illatum fuit atque factum; Ex tunc nos predictam civitatem
 Printzlau intrabimus, inde non exeuntes, nisi de licentia consulum predictorum damno sumpto
 plenius reformata. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Anno
 Domini Millefimo trecentesimo trigesimo secundo, feria VI ante diem beati Gregorii Angelorum
 Apostolici gloriosi.

Aus einem Copialbuche.

LXXVIII. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Prenzlau, mit der er sich wieder ausgesöhnt hat, in ihren Rechten, am 9. September 1333.

Ludowicus, Dei Gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie sacrique Romani Imperii Archicamerarius ad perpetuam rei memoriam. Donationes Principum ampliari et si in perpetuum facte sunt, firmiter conservare successoresque eorum requisiti decet ratihabitione inviolabili solidare. Sane omnibus et singulis presentibus et futuris cupimus fore in perpetuum notum, quod nos omnem ingratitude[m] et indignationem, quam habuimus ad nostre Civitatis Prentzlaw cives, nobis dilectos, penitus dimisimus et presentibus relaxamus, volentesque eisdem speciali favore profequi et favore, in omnibus eorum libertatibus et juribus, omnes donationes et appropriationes, gratias, libertates, jura et consuetudines rite factas et concessas eisdem civibus et civitati ab illustribus Principibus Marchionibus Brandenburgensibus nostris predecessoribus carissimis, prout ipsi cives per eorundem principum privilegia rationabiliter ostendere poterunt, quoad omnia in eisdem privilegiis contenta gratificamus, ratificamus et presentibus literis confirmamus. Si quis vero ausu temerario contra premissa fecerit, se indignationem nostram noverit incursum, in cujus testimonium presentes conscribi sigillique nostri appensi iussimus communi. Testes vero hujus sunt illustris Princeps Rudolphus, Dux Saxonie, avunculus noster dilectus, Hummel de Lichtenberg, Frater Henricus de Zypplingen, Commendator Provincialis, Diepoldus Gulse, nostre Curie magister, Henricus Schenck de Schenckendorp, Hermannus de Wulckow et presentibus pluribus fide dignis. Datum Prentzlaw, Anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo tertio, in crastino Nativitatis beate Virginis.

Aus einem Copialbuche.

LXXIX. Bischof Friedrich von Camin bestätigt einen mit Gebungen aus Straßburg bewidmeten Altar in der Nicolaiskirche zu Prenzlau, am 17. September 1333.

In nomine Domini Amen. Fredericus, dei gracia Caminensis Ecclesie Episcopus ad perpetuam rei memoriam opem nostram et operam diligentem apponimus vt fidelium deuotionem cum circa augmentum diuini cultus versatur adaugeamus, quod tunc facere credimus, cum ea, que sine nostre confirmationis ordinarie adminiculo alias infringi possent, per nostras literas confirmamus. Sane vidimus quandam literam sub sigillo quodam Arnoldi, plebani in prenzlaw, et Consulium ciuitatis Strafeborch non rasam nec debolitam seu aliqua sui parte suspectam, cuius tenor sequitur in hec verba. In nomine Domine Amen. Cum ea, que in tempore aguntur cum temporis fluxibilitate eueniunt in obliuionem nisi scripti testimonio recipiant firmamentum. Nouerint ergo vniuersi Christi fideles, ad quos presens peruenerit Scriptum et per presentes publice protestamur, Quod nos consules ciuitatis Strafeborch cum consilio vniuersorum vendidimus petro de Clinckow, Cui in Premzlaw, Decem Talenta Brandenburgensium denariorum, que rationabiliter

et rite perfoluemus pro Centum marcis argenti, de quibus tenemur dare annuatim quinque Talenta in feſto beati Nicolai Epifcopi et quinque Talenta octo dies poſt feſtum beate Walburghe virginis, de quibus talentis quilibet ſacerdos ſublaturus dabit prouiſoribus, ſue eccleſie quatuor ſolidos ad altare in Ciuitate Premzlaw cum conſenſu plebani in eccleſia Sancti Nicolay conſtructum, perpetuis temporibus duraturum, cuius altaris preſentacionem Petrus et Johannes, fratres, dicti de Clinckow ſeu juſpatronatus ipſis uiuentibus obtinebunt, Ipſis autem per diuinam diſpenſacionem deficientibus Eorum veri filij ſi ſuperſtites exſtiterint ac conſequenter eorum legitimi heredes dictum juſpatronatus ſine inquietacione poſſidebunt. Preſcriptis autem omnibus de medio ſublatis Domini conſules ſeniores in ciuitate Premzlaw, actu ſedem conſulatus occupantes vnanimiter et concorditer tanquam legitimi collatores dictum altare conferant cum vacabit, Et in perſonam ſacerdotis, beneficium non habentis. Nos uero ne pia dicti fundatoris intencio aliquibus futuris temporibus calumpniam paciatur dicti altaris fundacionem, dotacionem, iurispatronatus reſeruacionem ratas et gratas habemus auctorifamus et in nomine domini preſentibus confirmamus Inhibentes ſub pena anathematis ne poteſtas ſecularis quicquam de cetero ſibi vindicet in dictis decem talentis brandenburgium denariorum. Sed ea cum integritate perſolui precipimus perſone ſeu preſbitero qui ad dictum altare vt premittitur canonice fuerit preſentatus. In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Stetyn, Anno Domini M^o. CCC^o. XXXIII^o. feria ſexta proxima poſt Exaltacionem ſancte Crucis.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

LXXX. Friedrich, Biſchof von Camin, beſtätigt die zu Prenzlaw gegründete Bräderschaft für das Begräbniß von Armen und ſichert den Mitgliedern einen Ablaß zu,
am 9. Februar 1334.

Fredericus, Dei Gracia Epifcopus Eccleſie Camynenſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Opem noſtram et operam diligentem apponimus, ubi deuocionem fidelium certa pietatis opera conſpicimus adaugeri. Sane olim nobis in minoribus conſtitutis nouimus quo pauperes preſbiteri, clerici et layci in ciuitate premzlaw decedentes, cum de facultatibus ſuis tantum non ſuperreſſet eiſdem, vt poſſent duci ad eccleſiam et congrue tumulari, circa ipſorum corpora et in tumulacionem eorundem indecencia contingebant, propter quod pie recordacionis Arnoldus Kolen, quondam plebanus et Prepoſitus ſanctimonialium ibidem, fraternitatem quandam duxerat Statuendam, vt ad ſepulturam huiusmodi Fideles feruencius incitaret, Ita uidelicet vt omnium, qui de illa forent fraternitate et qui ad hoc de bonis a Deo ſibi collatis ſua darent caritativa ſubſidia, bis in anno perpetua fieret memoria in uigiliis ſcilicet de uespere et in miſſarum ſolempnijs, de mane proxima ſecunda feria poſt quaſimodogeniti ſemel, et proxima ſecunda feria poſt Borchardi Secunda uice in Eccleſia ſancte Marie dicte ciuitatis. Nos uero huiusmodi fraternitatem maximam pietatem cenſentes, vt ad fraternitatem predictam deuotos inducamus, Ipſam approbamus, ratam ac

gratam habentes, eamque auctorizamus per presentes. Nichilominus omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad luminaria diete fraternitatis et Syndonem comparanda et emendanda suas pias elemofinas fuerint elargita et qui exequiis eorundem pauperum ibidem decedentium interfuerint, XL Dies indulgentie et vnam carenam de iniunctis sibi penitentiis in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Berlyn, anno domini Millesimo trecentesimo XXXIII^o. ipso die cinerum.

Nach Bedmann's Abschrift des Originals.

LXXXI. Johann Westphal versöhnt sich mit der Stadt Preuzlau, am 15. April 1335.

Coram omnibus et singulis, In quorum noticiam peruenerit presens scriptum. Ego Johannes dictus Westphal Tenore presencium recognosco publice protestando, Quod promisi et palam promitto per presentes Consulibus Scabinis, prefecto Totique communitati Ciuitatis prentzlaw veram, integram, quoque firmam concordiam amiciciam atque sonam perpetuis temporibus duraturam, dictam Ciuitatem prentzlaw aut Ciues eiusdem Ciuitatis in nullo penitus impediendo, malum eorum sciendo siue cognoscendo neque peragendo, nec diete Ciuitati per omnem eius Gyrum, transitum vel circuitum vnquam proprius appropinquando nisi ad spacium vnus miliaris, prout eciam prius coram inclito principe et Domino, Domino Lodovico Marchione brandenburgensi exstat placitatum. Et si aliquid premissorum, quod ablit, non seruarem neque adimplerem, extunc ipso facto dicta mea compositio siue sona nullius erit efficacie uel vigoris, sed omnimode reputabitur irrita et innanis, si me non purgauero et meis deposuero iuramentis et si contra me probatum fuerit Testimoniorum duorum vel trium virorum proborum, ydoneorum atque fide dignorum. Testes huius sunt dominus beteke, miles de wiltberch, Dapifer, Gherardus Wulph, Aduocatus Incliti principis et Domini Lodewici marchionis ante dicti, Godeke, miles de Gryphenberg, franko, miles dictus Wulph, Grypheko, famulus de gryphenberch et quam plures alii fide digni. Actum et Datum ante Ciuitatem premzlaw, Anno domini M^o. CCC^o. XXXV^o. sexta feria post festum palmarum.

Nach Bedmann's Abschrift des Originals.

LXXXII. Der Propst zu Gramzow verzeiht der Stadt Prenzlau, die ihn mit einem Genossen gefangen genommen, die begangenen Gewaltthaten, am 21. April 1335.

In nomine domini Amen. Studiose agendum est, ut ea que aguntur seu permittuntur opere compleantur. Hinc est, quod nos Johannes, Dei gratia Gramzowensis ecclesie prepositus, cum consensu et consilio ac ex certa sciencia et bona voluntate Wynandi prioris nostri totiusque conventus ibidem, ad petitionem consulum ac tocius ciuitatis prenzlaw, ob reuerenciam domini nostri Iesu Christi et beate Marie virginis matris sue gloriose, sicut eis placitando permisimus, omnem injuriam ac violenciam et contemptum et omnia obprobria Deo et nobis ac ecclesie nostre et socio nostro Lvdolpho a tunc temporis consulibus ac defensoribus et eorum fautoribus consilio et auxilio irrogata, quantum nostra intererit uel interesse poterit in futurum, nunc consulibus et pluribus aliis nescientibus, ideo quod tunc consules, cum eorum fautoribus, nos vna cum nostro socio Lvdolpho captiuauerunt et ad ciuitatem prenzlaw perduxerunt, et nos ligauerunt vinculis ligneis et ferreis, nunc consulibus et ciuibus vniuersis dicte ciuitatis dimisimus et dimittimus per presentes, obligantes nos et successores nostros et ecclesiam nostram sine iudicio uel grauamine dicte ciuitatis predicta omnia in perpetuum seruatuos. Datum prenzlaw coram consulibus nouis et antiquis, scabinis et magistris omnium ghuldarum, Anno Domini M^o. CCC^o. XXXV^o. feria sexta infra octauas pasche.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

LXXXIII. Bischof Friedrich von Camin bestätigt einen in der Jacobikirche zu Prenzlau errichteten Altar, am 2. März 1336.

In Nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Fredericus, Dei gratia Episcopus Ecclesie Caminensis ad perpetuam rei memoriam; Cum a nobis petitur, quod iustum est, ordo iuris et vigor expostulat rationis, vt id ad effectum debitum perducamus quod tunc eo prompcius facimus cum in his cultum diuinum augeri conspiciamus, que libenti animo perhennando quantum auctoritate ordinaria possumus, confirmamus. Sane vidimus et audiimus litteras honorabilis viri domini Johannis de Steghelis pie memorie, quondam plebani in Premslaw, et discretorum virorum consulum ciuitatis eiusdem sanas et illesas super proprietate et libertate plenaria trium mansorum in campo dicte ciuitatis sitorum et pertinencium ad quoddam Altare beate Marie virginis constructum in Ecclesia sancti Jacobi ibidem per honorabiles viros Hinricum de Ghocowe, Presbiterum, et Hinricum Bismarcke, prefate ciuitatis eiuem, fundatum et dotatum, sub anno Domini M^o. CC^o. XCIX^o. quinto Iduum Februarij confectas et sigillis saluis dicti Plebani et ciuitatis Premslaw sigillatas, Item vidimus litteras discretorum virorum Consulum ciuitatis Prenzlau ante dicte super libertate exactionis et quarumcunque talliarum vnius Mansi, que Schot vulgariter nuncupatur, siti in campo eiusdem ciuitatis et ad idem Altare in Ecclesia S. Jacobi predicta erectum pertinentis: Quem vide-

licet mansum Dominus Henricus de Ghocowe memoratus sua propria pecunia comparavit, sub anno Domini M^o. CCC^o. septimo in die S. Gregorii Pape confectas et ciuitatis premisse sigillo figillatas. Post hec etiam vidimus et conspeximus literas Magnifici Principis Domini Woldemari Brandenburgensis et Lusatie Marchionis super donatione proprietatis sex talentorum duobus solidis minus, sitorum in censu mansorum Ciuitatis Premzlau et proprietatem septem solidorum denariorum Brandenburgensium, duorumque chororum et dimidii quadruplicis annone sitorum in censu mansorum ciuitatis Straceborch pertinencium ad quoddam Altare in honorem beate Bartholomei apostoli dedicatum et in ecclesia S. Jacobi Apostoli sepedicta per discretos viros Conekinum, Hennighum, Nicolaum et Gherardum, filios Hinrici Bismarck prius fati, nec non Hinricum et Henningum, filios Eykonis de Brunfwick, cives dicte ciuitatis, erectum et constructum sub anno domini M^o. CCC^o. XIX^o. confectas et eiusdem Domini Marchionis sigillo sano et integro figillatas, quarum tenores de verbo ad verbum propter prolixitates earum omisimus; sed tamen vilitatem et effectum earundem sub modo et forma breuiori quo potuimus colligere fecimus et in presentibus mencionem facimus de eisdem. Nos prefatorum Conekini, Henninghi et Nicolai dictorum Bismarcke, nec non Hinrici et Henninghi Eycken humiliter supplicancium, vt dicta Altaria cum suis proprietatibus et libertatibus confirmare dignaremur, petitionibus condignis inclinati, prefatas, fundacionem, dotacionem ac proprietatis ac libertatis donacionem, tam mansorum, denariorum, quam annone cum ordinacione iuris patronatus, cum forma siue modo officandi, ac memoria ipsorum fundatorum perpetuo peragenda, prout in litteris originalibus cautum est et euidenter continetur, nec non cum omnibus ac singulis condicionibus ac specificacionibus in eisdem ceteris expressis siue comprehensis gratam et ratam habentes eaque in nomine Domini auctoritate nostra confirmamus per presentes. Volentes omnes predictos redditus eodem iure censi et ad illos solos spectare debere, quibus predicta Altaria pro tempore fuerunt collata, ut superius est expressum et omnes redditus predictos sepedictis Altaribus presentibus adunamus: Inhibendo sub pena anathematis, ne potestas secularis, uel alius quicumque cuiuscunque condicionis fuerit in redditibus seu prouentibus Altarium predictorum sibi quicquam vendicet seu vsurpet, contra nostram confirmacionem, sicuti omnipotentis Dei et nostram canonicam euitare voluerit vltionem. In quorum omnium premissorum euidentiam plenior presentem litteram desuper confectam sigilli nostri munimine dedimus communitam. Datum Stettin, Anno Domini M^o. CCC^o. XXXVI^o. sabbato proximo ante Dominicam, qua Oculi mei cantabatur.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXXXIV. Der Rath zu Prenzlau befundet eine der Marienkirche von Johann Ziemfendorf gemachte Schenkung, am 14. April 1336.

In nomine domini Amen. Uniuersa negocia tradita litteris et voci testium, ex eorum trahunt memoria firmamentum. Nos igitur Thydericus murmester, Albertus de Jagow, petrus de Klinckow, nycolaus gudelin, Hinricus Koningh, Hinricus branden-

borch, Johannes tantau, nycolaus Kleptow, Gherardus smarfow, Johannes Nifcheboem, Johannes Krugher et Johannes de Tzolchow, Consules Ciuitatis premlaw, ad uniuersorum Christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam Tenore presentium cupimus pervenire, Quod vir prouidus et honestus Johannes de Tzymekendorp, noster Ciuis et burgenfis, diuino metus instinctu, pro Ampliacione et melioracione cultus diuini et pro salute anime sue omniumque suorum progenitorum, a Thyd. murmester et nyc. oldrian, tunc temporis prouisoribus Ecclesie Sancte Marie parochie nostre Ciuitatis, nostro et discrecionum nostrorum Ciuium pleno consensu seu assensu accedente, oblatas, vinum, luminaria quecumque necessaria, carbones et precium duorum scolarium omnibus et singulis annis et diebus singulis, ad duo Altaria ab ipso Johanne in honorem domini nostri iesu Christi et sue matris gloriose in prenotata Ecclesia fundata atque situata comparauit, jta uidelicet, quod uniuersis duorum Scolarium dictis duobus Altaribus ministrancium sive seruiencium, in quolibet termino seu quartali uniuersiusque anni, duo solidi brandenburgensium denariorum dabuntur sive persoluentur. Omnia quoque et singula supradicta, a prelibata Ecclesia nostra parochiali et ab eius prouisoribus quibuscumque ministranda, danda atque procuranda et perpetuis temporibus duratura pro omnibus Supra scriptis Johannes sepe dictus XXVIII marcas brandenburgensium argenti, in vsu eiusdem Ecclesie redactas et conuersas, in parata dedit pecunia plenius et persoluit. In huius rei euidentis Testimonium presentes literas super hiis confectas eidem Johanni dedimus nostre ciuitatis sigilli munimine roboratas. Datum premlaw, Anno domini M^o. CCC^o. XXX^o. sexto, In die Tyburcij et valeriani martirum beatorum.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

LXXXV. Bischof Friedrich von Camin bestätigt die Altarstiftung, die Johann von Rube in der Marienkirche zu Prenzlau vorgenommen hat, am 16. October 1336.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Fredericus, Dei Gratia Episcopus Ecclesie Caminensis ad perpetuam rei memoriam. Cura pastoralis officii mentem nostram sollicitat, ut cum fidelium devotionem circa augmentum cultus diuini uersari conspiciamus, sollicitate caveamus, ne quod piis deputatur usibus ad prophanos redeat, quod tunc recte facere credimus, cum ea, que nostre ordinarie confirmationis indigent munimine confirmamus. Sane uidimus et audiimus literas illustrissimi principis Domini Ludowici, Marchionis Brandenburgensis, non cancellatas, nec in aliqua parte sui uitiatas super fundatione et dotatione cuiusdam Altaris erecti in Ecclesia Sancte Marie ciuitatis Premlaw et in honorem Sanctorum Johannis Evangeliste et Jacobi Apostolorum constructi per discretum uirum Johannem de Rube eivem ibidem confectas, quarum tenor sequitur in hec uerba. (No. LXVIII.) Nos igitur prefati Johannis humiliter supplicantis, ut dictum altare cum ejus pertinenciis appositis per eundem confirmare dignaremur, petitionibus condignis inclinati prefatam fundationem, dotationem et proprietatis donationem juris patronatus reservationem sicut in literis superius enarratur ratas et gratas habemus easque cum omnibus et singulis suis articulis auctorizamus, approbamus et presentibus literis in nomine Domini confirmamus, Inhibentes sub pena

obgenannten Sachen, Ordnung vnd Teidunge in allen Meinungen, Punckten vnd Artikeln von Worte zu Worte, als sie davor geschriben vnd begriffen sint, gantz stede vnd unverdruckt haben, halten, enden vnd vollziehen wollen vnd fullen in gutem treuen ongeuerd, Davon bestetigen, befesten vnd confirmiren wir den egenanten dem Rahte vnd den Borgern gemeinlich der ehgenannten Stad zu Primzlow, Ihren Erben vnd Nachkommen ewiglichen alle Ihren Handfeste vnd Brieue, die sie von sehliger Gedechnisse etwann den alden Marggrauen zu Brandenburg vnd zu Lufitz vnd beynahmen bey Marggrauen Ludewigen den ältern seeligen vnd auch von Marggrauen Ludewig dem Römer vnd Marggrauen Otten herbracht haben, vnd dazu alle ihre Freyheit, Rechtbehaltung, Übung vnd gute vnd etliche Gewohnheiten, als sie der von alter in Gewere gewesen sint vnd noch sein, Und das geloben wyr ihn jn guten treuen on geuerd, für Vns vnd alle die das angeet oder berüren mag oder wirdet in deinen Zeiten, ob es zu fulchen Sachen kummet, das noch Laute der ehgenannten Brieue, vnd in Kräften der teidunge die drinne begriffen sint, die ehgenannten Marggraffschaffe zu Brandenburg vnd zu Lufitz in vnser oder in vnser Erben Hand komen, das wir denne die ehgenannten Stad zu Primzlaw, Ihre Erben vnd Nachkommen ewiglichen bey allen denselben Ihrer Handvesten, Brieuen, Rechten Beholdungen, Übungen, Freyheiten vnd guten vnd ehrlichen Sachen vnd Gewohnheiten, als sie von Alter herbracht haben, in gewere oder in Brieuen, gehalten, beschirmen vnd lassen wollen vnd fullen gnediglichen vnd on alles geferd. Wann vns die ehgenannten Marggraff Ludewig der Römer vnd Marggraff Otto ihre Erbherren darümb mit sonderlichem Fleisse gebeten vnd mit ihrem guten Willen geschehen ist In Gegenwertigkeit der Hochgebohrnen, Erwürdigen vnd edlen Rudolfes, Hertzoges zu Sachsen, des heiligen Reichs Ertz-Marschalcks, Dietrichs, Ertz-Bischofs zu Meidburg, Peters zu Woltran, vnser Herrns des Pabstes Legat, Johannsen von Olanitz, Johannsen zu Lutomuschel, vnser Cantzlers, vnd Henrichs zu Lübus, Bischove, Bolcken zur Schweidnitz vnd zum Jawar, Pyzyneken zu Teschin, Bolcken zu Opul, Henrichs zu dem Brige, Johannsen zu Vszwentzin, Kasimir vnd Kasimir, Geuettern, zu Stettin Hertzogen, Burchardts vnd Hanfen, Burggrauen zu Meidburg, Heinrich vnd Günter zu Schwarzburg, genandt von Arnstedt, Bertholdes zu Hennenberg vnd Günthers von Berby, Grauen, Henrichs zu Plaven vnd Henrichs zu Gerow, Vogts, Hanfen von Hackenborn, Borsen von Rifenburg, Benefches, Janen vnd Benefches von Wartenberg, Diederichs vnd Friederichs, Gebrüdere von Schonenburg, Thyman von Kolditz, Peters von Bredow, Hanfen Rochow, Hermans von Wolckow, auch viel andere treuwirdiger Leüte. Mit Uhrkundt dits Briefes vorfiegelt mit vnserm Keyferlichen Insiegeln, Der gegeben ist zu alden Berlin, nach Christi Geburt dreyzehnhundert Jhar, darnach in dem drey und sechzigstem Jare, des negeften Montags nach Sanct Jacobs Tage des heiligen zwölf Boten, vnserer Reiche des Römischen in dem achtzehenden, des Bohemischen in dem siebentzehenden vnd des Keyferthums in dem neunnden Jare.

Correcta per Hermannum Thesauri.

P. D. Imperatorem
Petrus Jawensis.

Aus einem Copialbuche.

CXXVIII. Der Probst von Gramzow bezeugt, daß er den Ablaß des Bischofes von Camin zur Gründung des Hospitals zu Prenzlau gesehen habe, am 14. October 1363.

Coram univērsis Christi fidelibus presentia visuris seu auditoris. Nos Petrus, Dei Gratia Prepositus ecclesie Gramzoyiensis, presentibus recognoscimus publice protestando, quod vidimus et legimus certas ac veras litteras Reuerendi Domini nostri Johannis, Episcopi Caminensis, super confirmatione cuiusdam domus hospitalis pauperum et peregrinorum constructa in noua ciuitate Prentzlow, In quibus litteris deuote indulgentie largiuntur omnibus, qui ad dictum hospitale, suas eleemosynas dederunt. Igitur demum et quia Christianum ostentorem presentium nouimus in eadem hospitali prouisorem esse pauperum et petitem eleemosynarum pro eisdem, Quicumque igitur ipsi Christiano aliquo opere misericordie in fauorem dictorum egenorum et peregrinorum manus suas adiutrices in largitione cuius doni sive muneris pro sua possibilitate porrexerint, a summo retributore omnium bonorum centuplum recipere poterunt et vitam eternam possidere. Datum Gramzaw, Anno MCCCLXIII, Die Calixti Pape et munitum nostro sub sigillo.

Aus einem Sepialbuche.

CXXIX. Die Markgrafen Ludwig der Römer und Otto vereignen einem in der Johanniskirche zu Prenzlau gegründeten Altar vier Hufen in Baumgarten, welche Friedrich von Lochen dazu aufgegeben hat, am 21. Juni 1364.

In nomine Domini Amen. Noverint vniuersi et singuli tenorem presentium inspecturi et audituri, quod nos Ludovicus Romanus et Otto, Fratres, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses et Lusatie, Duces Bavarie, Comites Palatini Rheni sacrique Romani Archicamerarius etc. Ob honorem omnipotentis Dei sueque genetricis beatissime virginis Marie ac omnium sanctorum atque ob salutem animarum nostrorum omnium predecessorum, olim Marchionum Brandenburgensium pie recordationis et progenitorum et heredum nostrorum ac successorum et ut cultus diuinus magis ac magis deinceps augeatur, iusto proprietatis titulo appropriauimus et in presenti appropriamus ac solenni donatione donamus Altari Sanctorum videlicet Jacobi Majoris et Matthei Apostolorum, Sancti Clementis ac beate Marie Magdalene situato, fundato et dotato in Capella Sanctorum Johannis Evangeliste et Johannis Baptiste Civitatis nostre Prentzla quatuor mansos sitos in campis ville nostre Bombgarde cum agris cultis et incultis, pascuis, pratis, Stagnis et Paludibus, cum lignis et arundinibus, ortis et orituris, spectantes ad curiam quam nunc inhabitat Heydeco de Kotzlaw, resignatos coram nobis per nobilem virum Fredericum de Lochen pro se et suis Heredibus solenni renuntiatione ut puta cum Pactu, precaria, Seruitio curruum, supremo iudicio et infimo, cum decima magna et minuta, cum tali iure, quo prefatus Dominus Fredericus de Lochen dictos mansos (possedit,) libere sine omni impedimento in dicta villa et infra limites ejus, cum omni libertate et absque omni seruitio quibuscumque nominibus censeantur pertinendos et

jugiter permanfuros. Ita quod prefati quatuor manſi annuatim pro omnibus proventibus preenarratis redditibus, folvent ac dabunt octo Talenta Brandenburgienſium denariorum in terminis infra ſcriptis, in feſto Sancti Martini quatuor talenta et in feſto Walburgis Virginis quatuor talenta denariorum prefatorum. Cujus altaris Jus patronatus Henningus Hoppe, Civis in Prentzlow, cum ſuis veris et legitimis Heredibus Maſculini ſexus et feminini pacifice et libere ſuis temporibus in perpetuum poſſidebunt, Et conferent idem Altare Sacerdoti idoneo aut Clerico beneficium non habenti, qui infra annum ad ſacros ordines poterit promoveri. Cujus etiam Jus patronatus ad maſculinos heredes principaliter pertinebit, quibus autem non exiſtentibus ad femininum ſexum devolvetur. Senior quoque inter heredes, dum vacaverit, preſentabit, ipſis autem deficientibus omnimode et ab hoc medio ſublatis, dicti Altaris Juſpatronatus ad religioſam in Chriſto Abbatiffam Conventus Sanctimonialium in Prentzlaw, Ordinis ſancti Benedicti, quecunque pro tempore fuerit, libera ac perpetua ſucceſſione temporum legitime devolvetur ita quod dictum altare conferat, dum vacaverit, abſque aliqua penſa meliore forma pre expreſſis iſque cui prefatum altare conferetur, memoriam cum miſſa pro defunctis in ſingulis quartis feriis ob ſalutem animarum noſtrorum progenitorum et predeceſſorum parentumque nec non heredum et ſucceſſorum dicti Henningi Hoppen celebrabit. Volentes ut quicquid in dicto Altari et Capella oblatum repreſentatum et aſſignatum fuerit, quod de jure ad plebanum pertinebit et officium ſub ſuam conſcientiam eidem Plebano Parochiali preſentabit. Renunciantes etiam pro nobis et noſtrorum amborum heredibus ac ſucceſſoribus omni juri, actioni, impetitioni et utilitati quoad proprietatem dictorum manſorum, quod vel que nobis et eis de predictis manſis competunt vel aliquid aliter competere poterint in futurum. In hujus rei evidentiam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Teſtes hujus ſunt: Dominus Fridericus de Lochen, Dominus in Boyzenburg, Zacharias Hahſe de Koffenſtein, Henningus de Berlin, Milites, Hermmannus de Blanckenburg, Willeke de Schwanenbeke et Achim Sternekow, famuli, et alii plures fide digni. Datum Konnigesberg, Anno Domini Milleſimo CCCLXIII, feria ſexta ante feſtum Nativitatis Beati Johannis Baptiſte et Martyris glorioſi.

Nach einem Sobialbuche.

CXXX. Das Nonnenkloſter zu Prentzlaw überſendet dem Biſchofe von Camin ſeine Genehmigung zur Stiftung eines Jacobi-Altars in der Johannis-Kapelle zu Prentzlaw, am 14. September 1364.

Nos Margareta de Jagow, Abbatiffa, Hildegundt Stretz, Prioriffa, Albertus Letzike, Prepoſitus Sanctimonialium in Prentzlaw lucide profiteſſur, quod ad fundationem Altaris Sanctorum videlicet Jacobi Majoris, Matthei Apoſtolorum, Sancti Clementis et Marie Magdalene in Capella S. Johannis Baptiſte dicte Civitatis Prentzlaw, noſtrum dedimus Conſenſum atque damus in his Scriptis, veſtram paternam pietatem humiliter exorantes, ut dictam fundationem auctoritate veſtra ordinaria dignemini ratificare. Salvo jure noſtro in privilegio deſuper confecto.

Datum Prentzlow, Anno Domini MCCCLXIII, ipso die exaltationis sancte crucis, nostri conventus ac nostri Prepositi sub sigillo presentibus appenso in Testimonium omnium premifforum.

Aus einer Copie.

CXXXI. Johann, Bischof von Camin, bestätigt die Stiftung und Bewidmung eines Jacobi-Altars in der Johannis-Kapelle zu Prentzlaw, am 16. October 1364.

In Nomine Domini Amen. Johannes, Dei gracia Episcopus Ecclesie Caminensis, Ad perpetuam rei memoriam. Spiritualem altissimo speramus impendere famulatum, cum opera et operam nostram diligentem circa cultus divini augmentum apponimus, quod tunc vere factum credimus, Cum ea, que a Christi fidelibus usus divino fuerint deputata, ne imposterum usibus profanis valeant applicari, Quemadmodum nobis competit, autoritate nostra ordinaria stabilimus. Sane vidimus et audivimus literas patentes Illustrium Principum Dominorum Ludovici Romani et Ottonis, fratrum, Marchionum Brandenburgensium, super donatione Proprietatis quatuor manforum in campis ville Bombgarden prope Prentzlow site — Et per discretum virum, Henningum Hoppen, Civem Civitatis Prentzlawie predictae, ad fundandum et dotandum unum Altare perpetuum de Consensu expresso honorabilis viri Domini Alberti Lifzken, Prepositi, et religiosarum Dominarum Margarete, Abbatisse, et Hildegart Strez, Priorisse, totiusque conventus Sanctimonialium in Prentzlaw, Sancti Benedicti ordinis, in Capella Sanctorum Johannis Baptiste et Evangeliste dicte Civitatis in honorem Sanctorum Apostolorum Jacobi majoris, Mattheie ac Clementis et beate Marie Magdalene donatorum, non raras nec abolitas, sed sanas et integras, ac omni prorsus suspitionis vicio carentes, quarum tenor sequitur in hec verba. (Einschaltung der vorstehenden Urkunden der Markgr. vom 21. Juni und des Klosters vom 14. September 1364). Nos igitur prefati Henningi Hoppen, civis civitatis Prentzlawie antedicti, nobis humiliter supplicantis, ut predictum Altare cum quatuor mansis dictis cum proventibus, que ab ipsis poterunt derivari, ad usum perpetuum Altaris memorati confirmare dignaremur, precibus condignis inclinati, supradictum Altare cum IV mansis premisis et cum omnibus redditibus, obventionibus, provenientibus ex eisdem una cum dispositione Juris patronatus Altaris ejusdem, nec non consensum Prepositi Abbatisse, Priorisse ac conventus Sanctimonialium in Prentzlaw, Ad hoc adhibitum, rata et grata habemus eaque omnia autoritate nostra ordinaria nobis in hac parte competente in Nomine Domini in his Scriptis confirmamus. Inhibentes et interdicentes sub pena Anathematis et maledictionis eterne, ne potestas secularis vel quivis alius cujuscunque dignitatis, Status et conditionis, futurum vicarium Altaris sepe dicti, qui pro tempore fuerit, ad istud catholice institutus, in suis mansis vicariorum quoquo modo impediatur vel perturbetur, sicut omnipotentis Dei et nostram evitare voluerit catholicam ultionem. Datum Corlyn, Anno Domini MCCCLXIII, in die Galli et Lulli Martyrum beatorum, nostro majori sub sigillo presentibus appenso In Testimonium evidens premifforum.

Nach einer Copie.

CXXXII. Henning Gule verkauft Bürgern in Prenzlau Gebungen aus einem Hofe zu Blindow, am 14. Februar 1365.

Nouerint uniuersi fideles hanc literam inspecturi vel uisuri, Quod henningus, dictus gule, famulus, residens in villa blingow, discretis uiris ac honestis hecharo, dicto kare, et nycolao, dicto heydelen, et suis ueris heredibus uendit uero tytulo uendicionis II choros anone siue tritici filignis auene et ordeï parui Sui ueri pactus super curiam hennekini, dicti Lewenhaghen, in eadem willa blingow, quem pactum predicti uiri emerunt uera emcione pro VIII marcis argenti brandenborganfis monete, quem pactum prenominati uiri Hecharus et nycolaus cum suis ueris heredibus tollent annuatim in festo beati martini episcopi sine omni impedimento ac ambiguitate et fraude postergata. Insuper si prefatus Henningus gule uel sui ueri heredes in posterum sepepredictam peccuniam reemere uoluerint, non cum mobilibus uel immobilibus bonis sed pro VIII marcis promti argenti brandenborganfis monete persoluere non recusent, pro qua uendicione honesti ac famosi famuli Henninghus bouir, Ludicinus de ellinghe, Gerradus gule una cum Hennigo gule, famulo, coniuncta manu promiserunt, in cuius rei testimonium federis hanc literam prefati famuli suis sigillis patentibus fecerunt roborari. Actum et datum in Willa blingow, Anno domini Millefimo Trecentesimo LXV, In die Walentini martiris gloriosi.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

CXXXIII. Paps Urbanus V. Commissoriale an den Dechanten der Nicolai-Kirche zu Stendal, die Güter, die von der Marienkirche zu Prenzlau abgekommen, wieder herbei zu bringen, vom 15. März 1365.

Urbanus, Episcopus, seruus seruorum Dei dilecto filio Decano Ecclesie St. Nicolai Stendaliensis, Halberstadenfis Dioceseos, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Rectoris parochialis ecclesie sancte Marie in Premslaw caminenfis dioceseos precibus inclinati presentium tibi autoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipsius ecclesie alienata, ad jus et proprietatem ejusdem Ecclesie legitime reuocare procures, Contradictores per Censuram Ecclesiasticam appellatione postposita comprehendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Auinione, Idus Martii, Pontificatus nostri Anno tertio.

Nach einer Copie der Joachimsthal'schen Schulbibliothek.

CXXXIV. Heinrich Mußheim verkauft Bürgern zu Prenzlau die Bede von 4 Hufen in
Gustow, am 16. Juni 1365.

Ego Hinricus Musheym, famulus, Confiteor coram singulis presencia visuris et auditoris, Quod iuste vendicionis tytulo vendidi et in presentibus vendo vna cum heredibus meis Discreto viro Heningho Hoppen, principali, Heningho brauel, Heningho beltz, Ciuibus in prempzlaw, et eorundem veris heredibus Precariam denariorum et annone, videlicet quatuor mansorum et tercię partis vnus mansi in villa Gustow cum omni libertate et iure, sicut hactenus possedi et habui a famoso Domino meo Vlrico, dicto de Lochen, milite, Quos mansos pro nunc colunt nycolaus Kleynow et Heyne iunghe, villani in prefata villa morantes, pro sedecim talentis et decem solidis denariorum brandenburgenlium in singulis festis sanctorum Philippi et iacobi et sancti Mychaelis Archangeli perpetuo sine omni arestancia et impetitione verbisque adiutoriis subleuandam. Illo tamen adiecto, si a datis presencium predictam precariam in proximo triennio remero pro tali pecunia premissa a dicto Henningho et suis heredibus, extunc ad me et ad meos heredes reuoluetur. Alioquin prefatam precariam perpetue et quiete possidebit, Quod vna mecum patruus meus Johannes Musheym manu coniuncta et fide data quouis dolo remoto firmiter obseruandum compromisit. Et in testimonium maioris confirmacionis sigillum domini mei Vlrici de Lochen, militis, et nostrorum aliorum presentibus sub adducta. Datum prempzlaw, anno domini M^o. CCC^o. LXV^o., crastino die sanctorum martirum viti et modesti. Et sunt huius rei testes Dominus Zacharias Kuffesteyn, myles, Wilhelmus de Swanenberghe, Hinricus Meywe, Famuli, et alij fide digni.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

CXXXV. Heyso, Vicar und Stadtschreiber in Prenzlau, schenkt zur Errichtung einer Vicarei in
dem Hospitale der Neustadt Prenzlau eine jährliche Hebung von 4 Pfd. Brandenb. Pfeninge,
am 1. Februar 1366.

In Nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCLXVI, indictione IIII, Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac Domini, Domini vrbani, diuina prouidentia pape quinti anno quinto, mensis Februarij die prima, hora quasi vesperarum in domo habitacionis discreti viri Domini Nicolai de mokeren, altaris in ecclesia beate Marie virginis in Primzlow, Caminenlis Dioceseos, In mei Notarii publici ac testium subscriptorum presentia constitutus discretus vir Dominus Heyso, vicarius in Ecclesia beati Jacobi in Primzlow ac Notarius ciuitatis dicte Primzlow, sanus corpore et compos mente non vj nec metu inductus, sed ex mera libertate et mera deliberacione prehabita pure et simpliciter propter Deum ob salutem et remedium anime sue et animarum suorum progenitorum, in honorem omnipotentis deij beateque marie virginis gloriose, necnon omnium sanctorum dedit, legauit et donauit hospitali in noua Ciuitate dicte Primzlow dicte Dioceseos fun-

dato et constructo redditus quatuor talentorum Brandenburgensium denariorum, per ipsum dominum Heisonem a prouisoribus hospitalis sancti spiritus in antiqua ciuitate dicta Primzlow de consensu et voluntate Consulum et pociorum ciuium eiusdem ciuitatis emptos et comparatos rite et racionabiliter pro triginta marcis argenti Brandenburgensis et prompte perfolutos singulis annis percipiendos in terminis infra scriptis videlicet in festo beate Walburgis proximo venturo duo talenta et pro quolibet denario Brandenburgensi tres denarios Vinconenses, et in festo beati Martini duo talenta eiusdem monete Brandenburgensis eodem modo perfoluenda, ita quod prouifores dicti sancti spiritus, qui pro tempore fuerint, singulis annis, terminis et festis predictis prouisoribus hospitalis in noua ciuitate predicta, qui pro tempore fuerint, absque dilacione seu prorogacione quacumque perfoluere debent et indilate et quod prouifores noue ciuitatis dicta quatuor talenta ad cultum diuinum in dicto hospitali ad fundacionem vnus vicarie habere et dare debent, quandocumque oportunitas se obtulerit et licenciam fundandj habuerint, quod in dicto hospitali diuina potuerunt celebrare, alias dicta quatuor talenta reddituum in cibis et potibus pauperum et peregrinorum distribuere et dare debent, et si prouifores sancti spiritus dicta quatuor talenta reemere ac comparare voluerint et perfolutis triginta marcis argenti Brandenburgensis prouisoribus hospitalis noue ciuitatis memorate, tunc dicti redditus ad hospitale sancti spiritus redire debebunt et deuolui et cum dictis triginta marcis antedictj prouifores hospitalis noue ciuitatis predictae alios redditus ad predictum usum emere et comparare debebunt. Et idem Dominus Heyso omne dominium et usum fructum si quod habet, habuit seu habere poterit in dictis quatuor talentis reddituum uel triginta marcis Brandenburgensis argenti, aut sui heredes nunc et in posterum habere possint, ad ipsum hospitale noue ciuitatis predictae, plenarie et libera voluntate, absque omni reuocacione et contradiccione transtulit et donauit atque dedit, renuncians omni iure si quod habet aut ipsius heredes habere possent in premissis seu quolibet premissorum tali condicione dicto Domino Heysoni reseruata, quod ipse mansionem in dicto hospitali temporibus sue vite habere debeat et de dictis quatuor talentis reddituum seu triginta marcis argenti foveri debeat et nutriri. Promisit eciam notario publico infra scripto idem Dominus Heyso, sollempniter stipulatus per se uel per alium in nullo contrauenire de Jure uel de facto, quod dictam donacionem, assignacionem seu tradicionem possit uiciare uel infirmare nunc uel in posterum. Quam donacionem, assignacionem ac tradicionem dictus Dominus Nicolaus de Mockeren promiserat, se gratam ac gratam, quantum in eo est uel esse poterit, perpetuo habiturum. Acta sunt hec anno Indiccione pontifice et aliis quibus supra, presentibus honorabilibus uiris Dominis magistro Hinrico Wiltberch, Gherardo Kratz, Etzelone, Rudolpho Trebin, Johanne Stargarde, Presbyteris Altaristis in dicta Primslaw, et aliis pluribus fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Rudolphus Swanenbergh, Clericus Caminensis Dioecesis, publicus autoritate imperiali Notarius huiusmodi disposicioni etc. — presens interfui que fieri, vidi et audiui in hanc formam publicam redegi subscribendo; per me autem non conscripsi, sed per alium, prout fidelius potui, conscribi feci, eaque sigillo meo solito signaui requisitus in testimonium omnium premissorum.

Aus einem Copialbuche.

CXXXVI. Priester Nicolaus Mockern schenkt zu demselben Zwecke eine Hebung aus Templin und eine Hebung aus seinem Hause in Prenzlau, am 1. Februar 1366.

In Nomine Domini Amen. Anno natiuitatis eiusdem M^o. CCC^o. LXVI^o., Indicione quarta pontificatus sanctissimi in Christo patris ac Domini, Domini Urbani, diuina prouidencia pape quinti anno quarto, mensis Februarij die prima, hora quasi vesperarum in domo habitacionis discreti viri Domini Nicolaj Mokeren, Altaris in ecclesia beate marie virginis gloriose primzlow, Camenensis Dioceseos, In mei notarii publicj superscripti ac testium infra scriptorum presenciam constitutus idem Dominus Nicolaus Mockeren, presbyter sanus corpore et compos mente, voluntate et ex certa sciencia non vi nec metu inductus sed ex mera libertate animi et plena deliberacione prehabita necnon irreuocabiliter pure et simpliciter propter Deum ob salutem et remedium anime sue suorumque progenitorum in honorem omnipotentis deij beateque Marie Virginis gloriose nec non omnium sanctorum dedit, donauit ac voluntarie legauit Hospitali in noua Ciuitate Primzlaw fundato et constructo redditus trium talentorum Brandenburgensium denariorum per ipsum a Consulibus Ciuitatis Templin comparatos, emptos ac perfolutos rite et racionabiliter pro viginti duabus Marcis Brandenburgensis argenti singulis annis in festo Martini XXX solidos et in festo beati Philippi et Jacobj Apostolorum XXX solidos dicte monete subleuandos et perfoluendos, prout in litera empconis habetur, ac XIII marcas Brandenburgensis argenti de curia, in qua Primzlow nunc habitat, recipiendas ac soluendas, dicto Hospitali ac suis prouisoribus, qui pro tempore fuerint, quam cito dicta curia vendatur alias post mortem dicti Domini Nicolai recipiendos et quod cum XIII marcis predictis I Talentum Brandenburgensium denariorum reddituum emere ac comparare debent et quidquid super est fuit et esse debet ad augmentacionem trium Talentorum predictorum ad fundacionem, construcionem, ac ereccionem vnius vicarie seu Altaris in hospitali predicto assignauit et quam cito oportunitas se optulerit et licenciam habuerint, quod in dicto hospitali diuina celebrari potuerint, officiantem presbyterum post mortem dicti Domini Nicolai de dicta pecunia tenebit ac preciaabit: Alias in ecclesia beate Marie Virginis Primzlow ad altare suum ibidem quousque facultas se obtulerit et diuina in dicto Hospitali, ut prescriptum, habuerint ac de dictis III^{or} talentis reddituum preciaabunt ac satisfacere debent prouisores ipsius Hospitalis, qui pro tempore fuerint dicto officianti. Et si predicti Consules ciuitatis Templin redditus trium talentorum predictos reemere voluerint, quod tunc ipsi consules in templin, prouisoribus, qui pro tempore fuerint, dicti hospitalis viginti duas marcas Brandenburgensis argenti perfoluere debent, ac illi Prouisores cum dicto argento alios redditus ad vsum et vtilitatem prenarratam emere et comparare debent, quos redditus idem Dominus Nicolaus diebus vite sue subleuabit ac subleuare debet, ac de illis foueri debet et nutriri. Et idem dominus Nicolaus omne jus, dominium ac usufructum, si quod habet, habuit seu habere poterit in predictis tribus talentis reddituum et in XIII marcis Brandenburgensis argenti de curia memorata aut sui heredes nunc uel in posterum habere possint, ad ipsum hospitale noue ciuitatis predictae, plenarie ac libera voluntate absque omni reuocacione et contradictione dedit, transtulit et donauit, renunciensque omni Juri si quod habet aut ipsius heredes habent aut habere possent in premisis seu quolibet premissorum. Et si idem Dominus Nicolaus in dicto hospitali habitare voluerit, ipsi prouisores sibi commodum competens ordinabunt. Promisitque mihi Notario publico infra scripto idem Dominus Nicolaus solempniter sancte, omnia et singula cum suis capitulis seruare et in nullo contrauenire de Jure uel de facto per se uel per alium, quod dictam

donacionem, assignacionem seu tradicionem possit viciare, uel infirmare uel nunc uel in posterum. Quam donacionem, assignacionem ac tradicionem Dominus Heyso, Notarius Ciuitatis Primzlow, ratificauit ac ratam habuit. Acta sunt hec Anno, Indiccione, pontifice, mense, die, hora et loco, quibus supra, presentibus honorabilibus uiris Dominis Magistris Hinrico Wiltberch, Gerharde Cratz ac Johannes de Stargardia, presbyteris et altaristis in Primzlow, et aliis pluribus fide dignis, testibus ad premissa vocatis specialiter ac rogatis. Subscriptio Notarii supra scripti sequitur et est talis. Et ego Rudolphus swanenberch, Clericus Caminenis Diocefeos, publicus autoritate Imperiali Notarius etc.

Aus einem Copialbuche.

CXXXVII. Der Rath zu Prenzlau befundet den Verkauf von Hengungen aus einem Hofe in
Blindow, am 1. September 1366.

Wy Ratlüde der Stad tu Prempslaw bekennen vnd betügen openbahr an dessen Breue vor alle Christen Lüde, de en syn edder hören lesen, dat Mentso Sculte vor vnfs ifs geuelsen, vnd hefft verkofft vnd verlaten deme wyfen Manne Eggarde Melmeker, vnser Börger, vnd synen eruen twe huuen Bede met Wagendinste, met me ouersten Richte vnd met allme rechte, also hy sy besetten hefft, dy huuen liggen tu me houe Lowenhagens tu Blynghow. Na dyme Kope vnd na der Verlatung des Gudes, also vor vns geschyn is, hebbe wy verlegen vnd verlighen dat benümede gut den vorbenümeden Eggharde vnd synen eruen in dessen Bryue recht vnd redeliken. Were, dat mentso dat gut weder kopen wolde, so schal hy Eggarde edder synen Eruen Virtig rede mark Vingkenogen vppe vnser Vrowen Dach tu Lichtmisen vul betalen. Were, dat Egghard oder syne eruen dat gutt verkopen wolden, so scholen sy dat Mentfen veyle biden; were, dat Menso darna vppe vnser negeften Vrowen Dach tu Lightmisen em dy Virtich marck nicht en gyue, so schal dat gut tu engeme wederkope stan, sunder dat seal Egghards vnd seiner Eruen rechte len blyuen. Dat desse Dingk stede vnd vast blyuen, so hebbe wy dessen Briff laten schreuen vnd besegelen met vnser Stad Ingefegel. Dy Tyghe deser Ding synt wy ratlüde, dy to der Tyd anme Rade weren, Heyno Etzell, Bideke Rudow, Seger Stretz, Egghart Melmeker, Claws Holle, Henning Drense, Henneke Langhe, Arndt Ordeloff, Claves Drauenborch, Bethek Vorenwolde vnd Herman Hindenboreh, vnd ifs geschreuen na Godes Bort dritteynhundert Jhar inme ses vnd festigesten Jhare, des Dinstetages na sunte Johannes dage, also Em it Houet affschlagen wart.

Aus einem Copialbuche.

CXXXVIII. Die von Güle verkaufen an Echart Melmeker zu Prenzlau eine Hufe in Blindow,
am 25. Januar 1367.

Wy Clawes Güle vnde Koppe Güle, Hanfs vnd Gereke vnde ghurghen, Brodere, geheiten die Ghulen, wy bekennen apenbar in vnser Bryue vor allen Lüden, dy desen Brief syn oder horen lesen, dat wy verkofft hebben deme Erbaren Manne Echart Melmekern, dy eyn Börger ist tho Prenselaw, vnde synen eruen, dat syn Vrawensnamen oder mansnamen, eyne Hofe tho Blingow, die to Lowenhagens Haue lecht, Also sie vnse Vater beseten hefft mit Pachte vnde Tynse, Dienst Pennige vnde rokhüner, Thegehde vnde erwyten vnde mit alleme rechte, sunder bede vnd wagentienst. Dat gut schole wy vorbenumenden Brudere vnde vnse stiftmuder, Henning Bonyr's Sufter, Echart Melmekern vorlaten vnde synen fründen vnde sinen eruen, vnd wye sie dat vorlaten willen heben, vor vnsern Herrn den Marggraffen tho Brandenburg, wan hy hir vppe eyn na kumt, vnde wan dat Echart von vns heben will, eder syne vrunt oder syne eruen, dat wy em dat vorlaten scholen, vnd weme sie dat vorlaten willen hebben, dat syn Vrowensnamen oder mansnamen, vor eyn lat vnde vor eyne warunge, also dat eyn Lantrecht yst, dat wy em det verlaten scholen, dat loue wy vnd vnse Frund Lüdeke vom elynghe, Henning Bonyr, Claus von dem Berge vnd Gereke Gulen Echarde Melmeker vnde synen Frunden vnde synen Eruen etc. — Und ist gegeben na Gades Bord dusent Jhar dreyhundert Jhar in deme souen vnde seftyensten Jhare, an sante Pawels Dage, des helgen Apostels.

Aus einem Copialbuche.

CXXXIX. Markgraf Otto bestätigt bei der Annahme der Hulbigung die Stadt Prenzlau,
am 18. Juni 1367.

Wir Otto, von Gottes Gnaden Marggrafe tu Brandenburg vnd zue Lufitz, des Heiligen Römischen Reiches ouerster Kämärer, Pfaltzgrave by Ryne vnd Hertzog in Beyern, bekennen öffentlich darumb, das die wiesen Lüte, dy Ratmanne vnd die gemeinen Börger vnser Stad tu Premslow, vnser lieben getruen, haben vns zu diesem male gehuldet vnd geschworen, vns vnd vnsern Erben getruwe vnd gehorsamb zu sinde, als boderbe lüde ihrem rechten erbherren zu rechte Pflichtig sind, darumb haben wir on bestetiget vnd bestetigen auch met diesem Briefe alle ihre Rechtigkeit vnd alle gute alde Gewohnheit vnd auch alle redliche briue, dy sy von alder bey den alden Fürsten, den Marggrauen von Brandenburg, vnsern Voruaren, den Gott gnade, bes an desen Tag gehabt haben, vnd wollen sie auch bey allen eren vnd rechten beholden. Des zue Vrkunde haben wir vnser Ingesiegel an desen Brief latsen hengen, gegeben zu Premslow, nach Godes Geburte Tusent dreyhundert Jhar, darnach in den Seben vnd Sechzigsten Jhare, des negsthin Freytages nach des heiligen Lichames Tage. Darober sint gewesen dy Edlen, Graue

Günther, Herre zu Arnstete, Tieterich, Graue von Orlemünde, vnd die vesten Manne Hans von Rochow, Zacharias Hase von Kuffstein, Ritters, vnd Cuntze von Slyuen, vnser Hoffmeister, vnd andere erbare Lüde genugk.

Aus einem Copialbuche.

CXL. Henning Nigif verkauft 36 Schillinge Brandenburg. Pfeninge jährlicher Rente aus dem Zoll zu Prenzlau an Ehart Melmeker, am 21. Dezember 1368.

In godes name Amen. Ik Henningh litzik bekenne jn mynen opene bryue, Dat Ik hebbe vorkoft tu eynen rechten kope zes vnd dryttych schillynghe brandenborghescher penninghe iarleke rente in deme tolle jn der stat tu Prenflaw deme wizen manne Eghard Melmeker, eynem borgher tu prenflaw, Vnd synen eruen, mansnamen vnd vrowefnamen. Dat ghut schal jk vnd myne eruen en vnd synen eruen vnd synen vrunden vorlaten vnd wene sy dat willen vorlaten hebben. Dat wi alle desse vorseuene stücke also holden scolen, dat loue Ik hennigh litzik, hennigh scadebak vnd Nickel van der huue, hennigh Winteruelt en truwen myt samender hant. Were, dat desser borghen ennich storue, er desse bryf al gheholden is, so scole wi so wisse eynen anderen borghen jn dy stede zetten vnd syn Inghezeghel myt eynem bryue jn des doden Inghezeghels stede hanghen. Dar scal desse bryf nycht mede ghebroken syn oder gheerghert bynnen eyner mante. Were, dat wi dessen bryf nycht wol vnd al en hylden, wan vns dat witleke ghedan wert, so scole wi tyn jn dy Stat tu prenflaw vnd nummer dar vt tynde, wi dun dat myt eren willen. Tu eyner betughinghe dessen vorbesereue Dynk, so hebbe wi vnse Inghezeghel myt beradene mude an dessen Jeghenwardeghen bryf ghehangen. Desse bryf is ghegheuen vnd ghesereuen na godes hort duzent jar dry hundred Jar In deme achte vnd zefteghsten Jare, In deme daghe des heylighen Apostel sunte thomas.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

CXLI. General-Vicarien des Bischofes von Camin genehmigen die Vertauschung von Altären der Collegiat-Kirche St. Marien zu Stettin und der Marienkirche zu Prenzlau, am 2. April 1370.

Wislaus, decanus, et Eghardus Manduuel, archidiaconus Vznamensis, in Ecclesia Caminenfi Vicarii generales tam in spiritualibus, quam temporalibus per Capitulum ecclesie eiusdem sede vacante in solidum constituti, Discreto Viro domino Arnolde Verwer, Altariste altaris in

honorem Marie Magdalene ac Elifabeth vidue sanctarum in Ecclesia Parochiali beate Marie Virginis in Premzlau fundati, sinceram in Domino karitatem. Permutacionem quam ex causis rationabilibus coram nobis propositis cum altari beatorum Pauli apostoli et Augustini, in ecclesia collegiata beate Marie Virginis in Stetyn fundato olim vestro, cum Domino Johanne Stephani, pro dicto altari Marie Magdalene et Elizabeth vidue sanctarum in Ecclesia sancte Marie in Premzlau olim sub consensu patronorum vestrorum vtroque adhoc accedente fecistis, ratificamus et approbamus, Vosque ab accessu altaris beatorum Pauli Apostoli et Augustini absolvimus et vobis accessum altaris Marie Magdalene et Elizabeth vidue sanctarum in Premzlau in Personam honorabilis viri Domini Henrici Ruden, Vestri Procuratoris adhoc legitime constituti, conferimus et committimus in animam vestram salubriter gubernandam. Mandantes vobis Difereto viro Domino Alberto de Litiche, quatenus prefatum Arnoldum Verwer in possessionem omnium iurium, reddituum, prouentuum et attinenciarum altaris Marie Magdalene et Elizabeth vidue sanctarum in Premzlau, auctoritate nostra inducatis corporalem. Datum Camyn, Anno Domini M^o. CCC^o. LXX^o., feria tertia proxima post Dominicam qua cantatur Judica, nostri Vicariatus sub sigillo.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

CXLII. Markgraf Otto bekundet, der Stadt Prenzlau aus dem Mecklenburgischen Kriege 1330 Marck schuldig zu sein und verpfändet ihr dafür die Urbede und die Gerichte der Stadt, am 11. April 1370.

Wir Otto, von Gottis Gnaden Marggrave zu Brandenburg, des heiligen Römischen Reichs Obrister Cämmerer, Pfaltzgrafe by Ryne vnd Hertzog in Beyern etc., Bekennen öffentlichen, daz wir den bescheiden, wisen Lüden, den Rathmanne, gemeinen Börgern vnd der gantzen Stadt zu Prentzlow ingesetzt haben vnd setzen auch mit diesem Brieue hundert Marck Brandenburgisch Silber jehrlicher Rente Vnser Orbede in der ehegenanten Stadt zu Prentzlow vnd das Gerichte in der Stadt daselbst, vor dreyzehn hundert Marck vnd dreißig Marck Brandenburgisch Silbers, di Wir en schuldig sein vnd davor si Vns gewonnen hebben in Vnserm Kriege gegen den von Mecklinburg, vnd sollen die ergenanten hundert Marck Brandenburgisch Silbers jehrlicher Pflege vnd das Gerichte daselbst inne behalten, vfboren vnd innehmen, also lange, bis daz Wir ea die vorgeannten dreyzehnhundert Marck vnd dreißig Marck Brandenburgisch Silbers gar vnd gantzlichen entricht haben vnd bezahlt, daz en genüget, Mit Orkunde dieses Briefes. Darüber sint gewest der Edel Greve Albrecht von Lindow vnd die vesten Lüte Johannes von Rochow, Halse von Wedel von Vchtenhagen, Gerhard von Werder, Ritter, Hinrich von der Schulenburg, Henning von Stegelitz, Claws Ror vnd ander erbar Lüte gnug. Geben zu Franckenvorde, nach Gotis Gebort drytzeenhundert Jahr, darnach in dem siebenzigsten Jare, am guden Dunrstage vor Paschen, vorfiegelt mit vnserm anhangenden Ingesegel tu mere Bekentnisse diser Dingk.

Aus Grundmann's Uckerm. Adelshistorie 135. Sect's Gesch. I., Urk.-Anh. S. 188, No. 42.

CXLIII. Markgraf Otto verzeiget an Lubekin Kraz 9 Hufen in Sternhagen,
am 15. Februar 1372.

Nos Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, sacri Romani imperij Archicamerarius, Comes palatinus Rheni et Bavarie Dux. — Notum facimus tenore presentium univ[er]sis, quod pensatis fidelibus obsequiis quondam illustribus principibus Dominis Ludwico seniori et Ludwico Romano, Marchionibus Brandenburgensibus, fratribus nostris, necnon et nobis per strenuum Ludekinum Kraz, nostrum fidelem et dilectum, multipliciter exhibitis et nobis adhuc per amplius exhibendis, matura deliberatione prehabita et Procerum nostrorum consilio, Eidem Ludekino et veris heredibus suis dedimus et donavimus solenniter per presentes proprietatem novem manforum prope villam Styrnhagen sitorum, cum agris cultis et incultis, cum pratis, pascuis, aquis, paludibus, Lignis et cum omnibus Juribus, commodis, honoribus, fructibus, redditibus, precariis, pactis, censibus, proventibus et pertinentiis univ[er]sis, quibus predictus Kraz dictos mansos hactenus a nobis in Pheudum tenuit et possedit, in antea a nobis justo proprietatis titulo ad habendum, tenendum, uti fruendum libere quiete sine quorumlibet impedimento perpetuis temporibus possidendum. Concedentes etiam sibi gratiosius et fauentes, ut dictos mansos taliter appropriatos cum omnibus Juribus et pertinentiis suis legare, donare, vendere aut applicare poterit, quibuscunque locis ecclesiasticis vel personis, juxta sue libitum voluntatis, Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis in predictis mansis hucusque competeat, competit aut competere poterit, quomodolibet in futurum harum nostrarum testimonio literarum, que sigillo nostro communiri in evidenciam premissorum fecimus, presentibus strenuis viris Hassone de Uchtenhagen, Mora de Lindstede, Henningo de Berlin, militibus, Ottone Mörner, Curie nostre Judice, Henningo de Stegelitz seniori cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Premslaw, Anno Domini Millesimo Trecentesimo septuagesimo secundo, Dominica qua cantatur Invocavit.

Aus einem Copialbuche.

CXLIV. Der Rath zu Prenzlau belehnt die Söhne Mentso Schulzen's mit der Hälfte des
Dorfes Blindow, am 7. März 1372.

In Nomine Domini Amen. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum fluxu temporis elabuntur et fluant aut obliuionis caligine deleantur, consuevit ea modernorum subtilitas scriptis publicis aut vivaci linguarum testimonio commendare. Hinc est, quod nos Consules ciuitatis Primslaw lucide ad univ[er]sorum noticiam cupimus pervenire, quod honestis et discretis viris Mentsoni Sculteti et Gherardo, fratri ejus, quondam filiis Mentsonis sculteti, nostri concivis bone recordacionis, et eorum veris et legitimis heredibus contulimus et per presentes conferimus in solidum et conjuncta manu, dimidiam partem totius Ville Blindow justo titulo pheodali cum omni

jure, videlicet, cum iudicio maiori et minori, quocunque nomine censeatur, cum omni potestate quoslibet excessus super dimidiam predictam villam eventuros debite corrigendi, cum precaria et servitio curruum, cum nouem mansorum pacto, cum undecim villanis, qui dicuntur Cofseten, cum decima et cum censu et cum pullis fumorum et dimidiam sexagenam pullorum et dimidietatem taberne, cum bonis liberis et imphodatis, cum dimidia parte juris patronatus Ecclesie ejusdem Ville, cum vniuersis metis et distinctionibus, cum agris cultis et incultis, viis et inuis, Nemoribus, pratis, pascuis et paludibus, cum aquis et aquarum decurribus ad eandem pertinentibus, cum omni jure, quo illustris princeps Dominus noster Ludowicus Romanus, Marchio Brandenburgensis, dimisit et appropriavit civitati Primslaw, sine omni servitio libere et pacifice perpetuis temporibus possidendam. Ut igitur huiusmodi rationabilis collatio a nobis facta robur obtineat perpetue valiturum et ne super premisis et quolibet premissorum posterorum suboriri valeat alicujus ambiguitatis scrupulus et calumnia, prefens scriptum inde confectum desuper dedimus nostri sigilli ciuitatis Primslaw munimine firmiter roboratum. Testes huius sunt Stephanus de Stendal, Hentze Scröder, Gerhardus Lucifer, Rule Stretz, Conradus Goritz, Betekinus Wornwolde, Arnoldus Dedelow, Jacobus Lange, Copkinus Blingow, Hermannus Hyn denborg et Johannes Guftow, Consules anni presentis, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Anno Domini M^o. CCC^o. LXXII^o., Dominica die, qua cantatur Letare Jerusalem et conventum facite.

Aus einem Copialbuche.

CXLV. Der Rath zu Prenzlau vollführt ein Legat von Heinrich Bismark,
am 30. August 1372.

Nos consules Ciuitatis Premzlau, Recognoscimus vniuersis et singulis prefencia visuris seu auditoris lucide protestando, Quod honesta domina katherina, relicta Johannis Fyol, quondam nostri conciuis bone recordacionis, ad nostram peruenit prefenciam nobis exponens, quomodo dominus hinricus bysmark, frater eius carnalis, in extremis positus, volens diem messionis eterne pijs elemosinis preuenire, dedit et assignauit ob salutem anime et memoriale perhenne sui suorumque progenitorum viginti marcas argenti brandenburgensis et ponderis pro comparacione duorum talentorum brandenburgensium denariorum ad duas vicarias fitas in ecclesia sancti Jacobi in dicta Prenzlau videlicet ad vicariam beate marie virginis vnum talentum brandenburgensium denariorum et ad vicariam beati bartholomei apostoli vnum talentum brandenburgensium denariorum iugiter permanere debencium, nostrum super huiusmodi comparacione auxilium implorans et iuamen. Nos vero precibus ipsius inclinati dictas viginti marcas argenti brandenburgensis et ponderis pro vsu et vtilitate nostre ciuitatis ad nos recepimus, assignantes vicarijs dictarum vicariarum, quecunque pro tempore fuerint, duo talenta brandenburgensium denariorum in censu domus et habitacionis nostre apud forum pecorum stantis, quam henninghus nemerow nunc inhabitat, singulis annis, In singulis quartalibus anni: videlicet In festo beati Michaelis quinque solidos brandenbur-

genfium denariorum, In feſto natiuitatis Chriſti totidem, in feſto paſche totidem et in feſto beati Johannis baptiſte quinque ſolidos brandenburgienſium denariorum, In hijs feſtis et quartalibus anni continue ſubſequentibus per vnumquemque vicarium altarium antedictorum, ſingulariter et alternatiue recipienda et tollenda pacifice et quiete impedimentis et obſtaculis ceſſantibus quibuſcunque. Si vero quod abſit, aliquem defectum habuerint in prefixis duobus talentis brandenburgienſium denariorum, Ita quod ipſis fieri non poſſent in aliquibus predictis expedite terminis cuiuſcunque impedimenti aliquali occaſione, extunc eadem duo talenta brandenburgienſium denariorum ipſis de conſitorio noſtro dare debeamus contradictione quieſcente in terminis preaſſumptis, reſeruantes nobis et quibuſcunque preſidentibus conſilio impoſterum plenam facultatem reemendi dicta duo talenta brandenburgienſis denariorum pro viginti marcis argenti brandenburg. et ponderis, vti nos pro ipſis recepimus, dum primum poterimus deo nobis prouidente. Quo facto dictum argentum ad vſum prophanum redire non debeat, nec per aliquem deduci, ſed cum eodem argento videlicet viginti marcis alios redditus emere debeamus cum conſenſu patronorum dictorum altarium, vbi competencius inueniri poterint, quod fructus iterum emi poterint ad dictas vicarias perpetuo permanſuros et exinde dicta duo talenta brandenburg. denariorum annuorum reddituum ad vſus noſtre ciuitatis redibunt ut in antea fuerant ſine dilacione aliquali. Teſtes huius ſunt Stephanus de Stendal, hentzſo ſeroder, Gherard lucifer, Rudolphus Stretz, Cunrad gheritz, Betekinus varenwolde, Arnoldus dedelow, Jacobus langhe, Copkinus blingow, hermannus hyndenborg et Johannes Guſtowe, Conſules preſentis anni et alij quam plures fide digni. In cuius rei euidentis teſtimonium preſens ſcriptum conſcribi fecimus et ſigilli noſtri maioris munimine juſſimus communiri. Datum et Actum Premzlaw, Anno domini M^o. CCC^o. LXXII^o., Ipſo die felicitis et adaucti martirum beatorum.

Nach Beckmann's Abſchrift des Originals.

CXLVI. Der Rath zu Prenzlau verkauft ſeinem Notar Peter Fabri Gebungen, die nach ſeinem Tode dem Altar der Kalandsbrüder zuſallen ſollen, am 15. Auguſt 1373.

Coram omnibus preſencia viſuris ſeu audituris. Nos Conſules Ciuitatis Premzlaw veteres et moderni profiteſtur in hijs ſcriptis lucide proteſtando, Quod vnanimi conſenſu pociorum noſtrorum conciuum ac matura deliberacione prehabita vendidimus, dimiſimus et per preſentes vendimus et dimittimus diſcreto viro domino petro Fabri, altarite noſtre ciuitatis, noſtro notario et ſeruitori, redditus quinque talentorum brandenburgienſium denariorum aut aliorum denariorum equiualentium, ſi impoſterum moneta brandenburg. mutaretur, accipiendos ſingulis annis de noſtris quatuor caſis in Indagine poſitis, in quibus morantur quatuor byrſeroder videlicet Johannes byrſeroder, henningus markmeſter, Copkinus eyke et meſtorp, quolibet quartali anni de qualibet caſa ſex ſolidos brandenburgienſium denariorum cum tribus denariis pacifice et quiete, Nunc vero feſto beati Michaelis incipiendum et ſic deinceps omni quartali anni ſubleuandum ut eſt preauditum. Si vero dictus dominus petrus aut cuius vel quorum intereſt impoſterum aliquem defectum in dictis red-

ditibus subleuandis habuerit vel habuerint, hunc de nostro confistorio sibi penitus refundemus. Pro quibus quidem annuis redditibus sic subleuandis Idem dominus petrus nobis quinquaginta marcas argenti brandenburgensis et ponderis perfoluit atque dedit in parato, de quibus ipsum per presentia quitum dimittimus et solutum, quos in usum et utilitatem nostre ciuitatis habemus conuersas utiliter et redactas. Reseruantes nobis et quibuscunque futuris temporibus consilio presidentibus plenam potestatem reemendi dictos redditus quinque talentorum brandenburgensium denariorum, ut premititur, aut ipsi seu quorum interest eisdem nobis reuendendi pro quinquaginta marcis argenti brandenburgensis et ponderis, ut ipse nobis pro eisdem dedit, dumprimum poterimus deo nobis prouidente, In alterutrum ad quartale anni cui parti placebit predicendo: quibus quidem quinquaginta marcis argenti brandenburgensis et ponderis tunc plene perfolutis sepedicti redditus ad nostram ciuitatem redire debeant ut inantea fuerant impedimentis cessantibus quibuscunque. Ceterum dictus dominus petrus coram nobis prefate peccunie quinquaginta marcarum brandenburgensium renunciavit penitus et ex toto si contingerit eum mori ante dictorum reddituum reempcionem, Ita quod ad usum suorum heredum nequaquam debeat peruenire, sed cultui diuino uidelicet ad altare fratrum kalendarum in premzlaw in honore sanctarum Marie Magdalene et elyzabeth iam fundatum et confirmatum, applicari et confirmari debeat peccunia antedicta aut redditus cum ipsa deifice comparati pro secunda missa sub honore sancti Andree apostoli ac sanctarum virginum uidelicet barbare et dorothee iugiter ac perpetuis temporibus permanfuri, Ita uidelicet, quod dicti altaris seu missae iuspatronatus prefatus dominus petrus ac dominus Johannes, eius frater, ac margarita mater predictorum suis temporibus obtinebunt, quibus deficientibus petrus ac margarita pueri sui fratris hinrici bone memorie et post illos duos iam tactos ipsorum heredes masculini sexus uidelicet senior inter eos prefatum altare seu missam conferent cum vacabit. Quibus omnibus abhinc medio sublatis dicti altaris seu missae iuspatronatus seu deuolucio ad fratres kalendarum presbiteros prefixe ciuitatis pertinebit, Ita uidelicet, quod decanus eorum cum prouisoribus, qui pro tempore fuerint, dictam missam seu altare conferent sue tempore vacationis sacerdoti idoneo ac bone fame dicte fraternitatis aliud beneficium non habenti, adicientes nihilominus ad premissa, quod quum nobis contingerit, dictos redditus reemere post mortem dicti domini petri, quod mater ipsius aut frater aut pueri fratris defuncti aut cuius interest dictum altare seu missam conferre una cum fratribus kalendarum cum sepedictis quinquaginta marcis argenti brandenburgensis et ponderis alios certos redditus in quantum et quot frustra cum eisdem possint deifice comparari reemere ubi competencius valeant venales inueniri erga dictum altare seu missam prenominatam iugiter permanfuros. Eciam prefatus dominus petrus temporibus vite sue nobis consencientibus sibi soli referuauit plenam potestatem ac liberam omnia et singula premissa et prenarrata aut alterum ipsorum reuocandi, alterandi, mutandi ac ampliandi, quociens et quando sibi videbitur expedire. In premissorum omnium euidentis testimonium presens scriptum super eo fecimus conscribi et sigilli nostri maioris munimine iustissimum communiri. Testes huius sunt: Gherardus Lucifer, Cunradus Ghoritz, hinricus etzfel, henningus drense, Nicolaus seulte de Jagow, Arnoldus kock, Nicolaus Walkenhagen, Jankinus lubaz, Copkinus Ranke, Fredericus vorenwolde et Nicolaus seulte, Consules presentis anni, et quam plures fide digni. Datum Premzlaw, Anno domini M^o. CCC^o. LXXIII^o., Ipso die assumptionis marie virginis gloriose.

Nach Bestmann's Abschrift des Originals.

CXLVII. Kaiser Karl IV. bestätigt die Stadt Prenzlaw, am 29. August 1373.

